Tractatus DE PESTE, NEC NON DE IPSIVS causis, signis, praesagiis, curatione & praeseruatione.

Ex doctissimorum Phylosophorum ac Medicorum scriptis collectus.

PER IOANNEM CASTELLVM AVGVstanum Phylosophiae ac medicinae Doctorem.

Ad

REVERENDISSIMVM AC ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM D. D. WOLFGANGNVM THEODORICVM, Archiepiscopum Salisburgensem, SS. Apostolicae sedis Legatum, &c.

AVGVSTAE VINDELICORVM
Excudebat Christophorus Mangus.
ANNO M. DCVIII.



REVEREN-
DISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, D. D. VVOLFgangno Theodorico Archiepiscopo Salisburgensi, SS. Apostolicæ sedis legato &c.

IOANNES CASTELIVS FOELICItatem.

COgitanti mihi, Reuerendissime ac Illustrissime princeps quo cultu, qua veneratione & quo pignore (cum multis ego illustrissimo principi meo nominibus obstrictus sim) hanc animi mei obseruantiam testarer, in animum venit occasione data, de lue pestifera, (quæ hisce annis regiones nostras satis grauiter afflixit) quædam conscribere, eaq;, ne prædictæ virtutis desertor esse videar celsitudini suæ cum

summa reuerentia offerre. Sed cum Reuer: ac Ill: principem vidissem non nisi à doctissimis viris celebrari, anceps profecto fui, vtrum has meas de peste lucubrationes amplissimo nomini suo sacrarem & dedicarem, præsertim cum perspicerem ex qua ignorãtiæ officina prodirent, nihilominus tamen postquam illam animi sui humanitatem cognoui, vt non donum, sed donantis potius animũ respiciat, vereri non debui, quin hoc munusculum, qualecunq; sit, hilari fronte accipiat atq; agnoscat, quod si non multum elaboratum ingeniosumq; fuerit, saltem meam erga Reuer: ac Ill: principem incredibilem obseruantiam deteget.

Cæterum nec celsitudinis suæ laudes magnis rerum præconiis enumerare hic opus est, cum princeps (ut est) maximus, nisi á maximo dicendi genere concipi

cipi

cipi non possit, satiusque sit, nihil omnino dicere, quam ingenij & facundiæ culpa, earum dignitatem imminuere. Accipiat igitur Reuerēdissimus ac Illustrissimus princeps, hos in medicina labores, ingenij nostri primitias, quos cuperem & vice maximi præmij haberem si suo illo diuino iudicio aliqua ex parte satis facerent, vt ad maiora obeunda paulo audatior efficerer. Tractatus iste satis paruus est fateor, nihilominus tamē, omnia, quæ ad perfectam huius pestiferæ luis curationē spectant breuiter ac facile complectitur, quem in euidentissimum meæ erga Re: ac Illust: principem reuerentiæ & obseruantiæ symbolum scriptum esse uolo. Actum Augustæ Anno 1608.

Tractatus.

DE LVE PESTILENTIALI ET CAVSIS IPSIVS.

Cap. I.

MAxima errandi causa in opinionibus est, cum ignoratur natura rei, de qua disputatio oritur: ob id definitiones positæ sunt ad rerũ naturas & proprietates indagãdas, alioqui mirum videri non debet, si tam varia placita & sententiæ in cognoscenda morborum natura oriantur: quapropter acturus de morbo pestilentiali, necessarium fore existimaui ab ipsa pestis definitione initium sumere, postmodũ ad causas ipsius, tam magis

gis quam minus principales deuenire, sic enim facilius innotescet morbi curatio. Est itaq; pestis secundum Gal. nihil aliud, quam morbus in omnes vel quam plurimos sæuiens, ab aëris corruptione initium habens. *lib. defin. medic.*

Doctissimus Ludouicus Mercatus, pestem ex aëris vitio optime etiam definit, nimirum vt sit epidemia perniciosa, ex sordida & maligna putredine, includens seminaria acutissimæ contagionis, cuius occasione aër venenosus inspiratur.

Cum vero pestis ex seminarijs contagiosis citra aëris vitium fieri possit, quemadmodum anno 1607. præterito Augustæ contigit, sic definiri potest.

Pestis est epidemia ex praua halitus qualitate orta, diuersimodé afficiens, & plurimos perimere apta.

Potiores huius luis causas duas esse vult Gal. primam aërem vitiatum & putridum, alteram humores corporis vitioso victu collectos & ad putrescendũ paratos cum leuem aliquam occasionem ad febris originẽ ab aëre ambiente acceperit animal. In pestilenti itaque constitutione inspiratio maxime causa est (sine qua viuere haud possumus) cur homines peste corripiãtur: magna enim ex parte incipit ex inspiratione aëris ambientis vitiati. Addam ego tertiam causam, delicta & flagitia nostra propter

lib. 1. de diff. feb. cap. 5.

quæ

quæ Deus Iustissimus Iudex has diras pestilentias immittit, quibus scelerum nostrorum grauitatem punit, vt expresse videmus apud Ezechielem C. 5. & in alijs, plurimis sacræ scripturæ locis.

Causæ vero minus principales á multis multæ satis numerantur, vt sunt cõiunctiones planetarum in saturno, item bella & annonæ caritas, curæ, solicitudines, ac aliæ animi affectiones, quæ spiritus absumunt & sanguinem exsiccant, quibus absumptis, vis caloris innati imbecillior redditur, vnde humores postea facile putrescere & venenum aliquod concipere possunt, est aliquando in causa humorum agitatio ex nimia impressione san-

guinis, & timoris, ita vt facilé inficiátur humores à suò loco moti, tunc enim à natura non conseruantur, quia natura humores quiescentes suis locis facilius regit, quam agitatos & quasi extra suos limites digressos.

DE SIGNIS VITIATI aëris, & futuræ Pestilentiæ.

Cap. II.

Signa futuræ pestilentiæ multa & varia à recentioribus cõmemorantur, sed vt paucis, principaliora proferam, primum obtinebit locum temporum anni mutatio, modo ad æstus, modo ad frigus, alterum multi in aëre

cometæ

cometæ & portenta apparentia, præſertim autũni tempore, tertium vbi exanthemata non ſolum pueros verum etiam adultos crebro affligunt, quartum frequentes autumni tempore venti meridionales, & occidentales, quintum aër autumno tenebroſus & turbidus minans pluuiam cum tamen nihil pluat. ſextum ſi prægnantes ex leui quauis occaſione aborriunt. ſeptimum quãdo æſtate à pluuia, ſubito magna ranarum in tergo cinericij in vẽtre autem lutei aut alterius diuerſi coloris, comparuerit copia. octauum cum numeroſa inſectorum & reptilium, præcipue muſcarum, locuſtarum, vermium, murium multitudo, non prius

prius

visa apparet, nonum, cum pecudes, armenta, volucres, passim absque manifesta causa intereunt. decimum, cum aues à proprijs nidis, tanquam contagiosis, oua & dulces natos relinquẽtes aufugiunt. vndecimum cum fontes antea limpidi & clari, cœnosi & turbulẽti redduntur. duodecimum quod omniũ certissimé pestilentiã præsagire videtur est calida & humida totius anni constitutio.

DE SIGNIS HOMINEM ACTV LABORARE INdicantibus.

Cap. III.

INdicia, quibus hominem iam peste infectum cognoscimus, licet

licet peculiariter non ſint pathognomonica, quæ eſſentiã & naturam peſtilentis morbi circumſcribant, cum diuerſa huius ſigna in diuerſis naturis & complexionibus appareant ac alijs quoq; affectibus conueniant, cum tamen ex pluribus vel aliquibus ſaltem ſimul ſumptis, notitiam illius aſſequi poſſimus, frequentiora ac certiora in quantum fieri poteſt breuiter trademus.

Solet in primis aduenire magna virium iactura, ſtatim ab initio facta, absque cauſa manifeſta, ſitis magna niſi frigidis humoribus ventriculus ſit occupatus, eſt nigredo linguæ, oris amaritudo, ſiccitas immenſa, & immodicus calor propter vapores eleua-

eleuatos, accidit etiam maxima eleuatio seu difficultas spiritus & anhelitus, quia natura conatur euentare cor, item dolor capitis & grauitas, interdum etiam delirium, aut somnus profundus sequi solet, est quoque appetentiæ deiectio, & comedunt nolentes ægri, persæpe accidit nausea & vomitus creber, quia aliquæ materiæ pergũt aduentriculum. contingunt insomnia turbulẽta, tristitiæ insolitæ, coloris faciei mutatio, & deliquiũ animi. est pulsus frequens, exiguus & profundus, adest tensio hypochondriorum, nam propter imbecillitatẽ caloris innati, multiplicãtur flatus circa hypochondria, vnde sequitur tẽsio hepatis & ventriculi,

excre-

excrementa alui ſunt fætida, ſicuti & vrina, quæ magna ex parte eſt veluti iumentorum turbida & craſſa, ob maximam humorum perturbationem, cum tamẽ à ſanorum vrina nõ multum abeſſe videtur, aliquando contingit quia non adeſt tanta copia humorum putridorum ſicut accidit in diaria peſtilenti, ſudor eſt fætidus, in his enim tribus, aliqua portio humoris putridi ſymptomaticé vi morbi eijcitur; ægri ſunt inquieti, volunt mutare locum, præcipue cum bilis putret, naſcuntur quædam puſtulæ in lingua & partibus oris, propter vapores acres & malignos vt dictũ eſt eleuatos ad illas partes, tales etiã puſtulæ ſtatim exulce-

ulcerantur; est etiam aliquando oris ventriculi morſus, & cordis palpitatio; itē redditur vox rauca ægrotantibus, adeſtque pruritus dorſi; certiſſimum prædictorum omnium eſt, ſi ſub alis vel poſt aures aut circa inguina potiſſimum bubones ſine manifeſta aliqua cauſa, aut in alijs etiam corporis partibus carbunculi ſubito oriantur; verum cum propter imbecillitatem naturæ non ſemper appareāt bubones & carbunculi, ad illa quæ paulo antè ſunt expoiſita ſig na, reſpiciendum erit.

DE PRÆ-

DE PRÆSAGIIS IN LVE PESTIFERA.

Cap. IIII.

CVm acutorum morborum ſecundum grauiſſimos auctores, non ſint tutæ prædicationes ſalutis & mortis, quanto magis in lue hac peſtifera, quæ omnium acutiſſima eſt periculoſę erunt, in qua vt plurimum ſpes medici fruſtratur & ægrotās perit, vt experientia quotidiana docet, ſed quoniam ad artis perfectionem præſagia quoqúe ſpectant, nonnulla annotare placuit, quibus rite obſeruatis, ſi non ſemper ſaltem maiori ex parte euentum morbi prædicere poterimus. Cauendum tamen, vt nihil de morbi exitu in initio illius

citò pronunciemus, cũ raro primis diebus exitialia ſigna exiſtãt, ſed omnia adhuc in ancipiti verſentur. In genere hoc ſciendum, febrem peſtilẽtialem nunquam periculo vacare, cum omnia horrendiſſima in peſte fieri ſoleant: ægrum tamen mente conſtare, vt in cæteris morbis, ita & in hac febre, aliquam ſpem ſalutis affert, quod ſi ſecus fuerit, male prædicẽdum. erunt præterea ſigna melioris notæ, appetitus ciborum tempore conuenięti, decubitus ægrotantis, cum ſeruat eandem figuram, quam cúm ſanus erat item corpus cum eſt æqualiter calidum & præcordia æqualiter mollia absque ſenſu doloris. bonum erit cum ſomnus &

Hipp. 2. apho. 33.

vigi-

vigilia modum naturalem non excedunt; excrementa quoque ſint mollia & coacta, & quæ eodem tempore excernantur ac in bona valetudine. Flatus ſine ſonitu aut crepitu exire, optimum eſt, melius autem eſt cum ſonitu exire, quam reuolui. *Hipp. 2. progn.*

Signa autem abſolute mala, & vitæ periculum ſatis manifeſte oſtendentia erunt, cum per vomitum excernuntur atra & liuida, item cum peſtilẽs humor occultatur, præſertim ſi in principaliori aliqua parte anteà erupeerat. peſtiferi bubones febribus ſuperuenientes deterrimi ſunt, ut paulus ait, ſiue femora, ſiue alas, aut ceruicem inuaſerint. ex parte etiã loci praui dicendi, qui

enim ſub alis aut pectore erumpunt, peſſimi ſunt, min⁹ in inguinibus, ſed in ſuris lethales.

Carbūculi nigri oñium peſſimi ſunt, & quo minores, eo deteriores ſæpius cenſentur, quam qui ampliorem locum occupant & citius creſcunt, reliquis tamen paribus, ſignum enim eſt facultatem expultricem, ob venenum morbi debiliorem redditam fuiſſe, aut ſaltim inobedientiā materiæ oſtendunt. puſtulæ quæ naſcuntur in lingua & partibus oris, & ſunt aliquando nigræ aut violaceæ, nonnunquam ſubalbidæ vel ſubnigræ, ſi ſubido liueſcunt, malum eſt, materia enim venenoſa tunc redit ad cor. Peſſimæ etiam ſunt vrinæ pingues

gues, nigræ, crassæ & aquosæ, itẽ frequens & difficilis respiratio, anhelitus fætens, sudor frigidus cum febris augmento factus circa caput & collum. Si facies denigretur, pustulæqué in ea non nullæ appareant nigræ & subuirides, mors proxima est. Alui præterea excrementa varij coloris, fætida in principio ante morbi concoctionom, eundem habebunt exitum, nam ustionem, colliquationem, & corruptorum humorum copiam significant.

Plura qui uolet legat Hippocratem: de morbis popularibus. vbi fusius de prænominatis tractat.

DE CVRATIONE.

VTRVM LICEAT IN PEſtilenti morbo ſanguinem mittere.

Cap. V.

ADuerſus magnos morbos, auxilium maximum ſanguinis miſſionem eſſe teſtantur grauiſſimi auctores, unde quam plurimi eandem in peſtilenti febre tanquam in maximo & periculoſiſsimo morbo committunt vt plurimum, dicentes cum febres acutæ ortum habeant ex putredine, & omnibus putridis febribus auxilium vtiliſſimũ ſit venæ ſectio, certe & in peſte non niſi ſaluberrimum remedium eſſe poterit.

Cum vero alij non obſcurioris famæ

famæ doctores reperiantur, qui nullo modo sanguinis missionē concedant, cum cognoscant in morbis pestilentibus ipsorū vim consistere potius in deleteria qua pollent qualitate, & ob id alexipharmacis potius vtantur quam venę sectione, profecto quid hac in re faciendum sit magno medici iudicio opus est, præsertim cū in vtramq; partem plurimas rationes, quas breuitatis causa studio omitto, & quidem firmas proferant.

Quid igitur hoc loco faciendum sit, & quando vena secanda vel relinquenda, in quātum fieri potest breuiter dicemus. Vocatus itaque ad ægrotum medicus, priusquā ad curationem aliquid

præſcribat, ſciendum illi neceſſario erit, num cum uomitione aut deiectione alui facta ſit hæc febris, nam ſi cum vomitione aut alui profluuio incipiat, ſanguis mittendus non eſt, ne naturę impetum impediamus, qui potius iuuandus eſt iuxta illud Hipp o. *apho. 21, lib. 1.* Quo natura vergit, eó ducere oportet, per loca conferentia, & cum vtraq; regio ſit conuenientiſſima ad humores malignos euacuandos, mitioribus ac leuioribus medicamentis per vtranque viam euacuare tentabimus, vbi vero iſtæ excretiones non fiãnt ab initio, neq; ſtatim futuras præuideamus aderuntqué ſigna ſanguinis & corporis cacochimici, (ſicut eſt rubedo vrinæ cum cra-

crassitiæ & aliquali opacitate, & regimẽ multiplicatiuum sanguinis præterierit.) tempus ætas ac vires non dissuadeant, tunc procul dubio phlebotomia conueniet, & quidem intra viginti quatuor horas, quia morbus cum sit peracutus, citissime ad statũ mouetur, in quo melius est quiescere, tum etiam quia fluctium humorum impetum, ne maiores obstructiones putredinem augere valentes fiant, in principio statim impedire debemus antequã vires processu temporis debilitentur, quod expresse Paulus in nuit. lib. 2. & Ætius. lib. 5.

Sed exqua parte sanguis sit mittẽdus omissis multorũ opinionibus paucis dicam, in eo nimirũ la-

tere in quo pestilẽs bubo existit, phlebotomia conuenientissima est, qui si post aures, aut circa mẽtum aut aliis faciei aut ceruicis partibus emerserit, (tunc enim cerebrum potissimum laborat, quod Hipp. iis verbis significare voluit. Abscessus veluti bubones, signa sunt earum partium unde extuberant.) cephalicam secabis, si sub alis (quo tempore cor affligitur.) iecorariam aut lienarem quam hodie basilicã vulgo nominant, vel si illa, vt in pinguioribus persæpe fieri solet, nõ apparuerit media; si in inguine se se ostendat bubo, iecur affectum esse scimus, qua propter ex malleolo eiusdem lateris sanguis educatur, nunquam vero ex opposita

lib 6. epid. sect 2. aphor. 4.

posita parte sicut nonnulli asse-runt ipsam esse faciendam phlebotomiã, respicientes magis periculum attractionis materiarũ ad particulam læsam venenosarum, quam transitum earundem uenenosarum materiarum super membra principalia, quibus etiã expresse contra dicit Antonius Guainerus uir in arte medicinali celeberrimus, cum statuit in curatione bubonis pestiferi & carbunculi, phlebotomiam nullo modo nisi ex eadem parte pro ut iam diximus esse faciendam, propter causas superius allatas.

Quod si cotingat duos tumores pestilentes simul apparere in diuersis corporis partibus, verbi gratia alterum in collo alterum

vero

vero in inguine, quo casu si ferãt vires ex brachio & crure eodem tempore exiguas euacuationes facies, aut ex una parte sanguinẽ mittes, alteri vero cucurbitulam affiges, sed cum vt sæpe accidit ægrotãtis vires admodum debiles sunt, loco missionis sanguinis scarificationes utiles erunt, vel cucurbitulæ, ad extrahendũ peccantẽ humorem quoad fieri potest, quæ scapulis aut collo affigi possunt, si retro aures bubo apparuerit, propinquiori parti si sub axillis. Attendendum hic quod cum febris hæc pendeat à malignitate materiæ, qua virtus facile debilitari potest, sanguinis missionem non esse exquisite faciendam, qua facta per resolutionem calo-

caloris naturalis virtus magnopere debilitatur, & tanto magis quantum materia peccans maligna est & uenenosa, si tamen minoratiua phlebotomia non sufficeret, eadem die eandem reiterare potes; secundum Gal. primo artis curatiuæ ad Glauconē, pręsertim si cognoueris sanguinem solum esse vitiatum praua & occulta qualitate, nam cum istæ febres maiori ex parte, pendeantá putredine humorum cordis, humorqué sanguineus magis abundet in corde, quam alius humor (cor enim est lacuna sanguinis.) euenit quod prauæ affectiones sæpius contingant sanguini, quã reliquis humoribus, & hinc suadeo sanguinem statim esse mittendũ cap. 6. distin. 3.

tendum, & quidem ex illa vena quæ cum parte affecta, vt iam dixi communionem habet; aſt cum carbunculus apparuerit, poteris ut multi vtiliter faciunt dum ſanguis extrahitur ſupra ipſum carbunculum applicare ſpongiam madefactam in decoctione ſaluiæ, betonicæ, & meliſſæ, vel cucurbitulam, ne natura motu euacuationis ab incepto opere, mittendi humorem venenoſum ad partem infectam deſiſtat, vel ſi volueris exiſtente carbunculo in brachio in manu fiat phlebotomia.

Quod ſi nullus extra compareat bubo, & nihil ex ſuperiorib⁹ recenſitis impediat ex eo latere & illa vena ſanguinem detrahemus, vbi

vbi maior grauitas & partium laborantiũ dolor perſentitur quod facile ex relatione ægrotãtis percipimus modo nullæ uentriculi cruditates adſint; poſtea vna aut duabus horis tranſactis, ſi natura ſponte ad excrementorum expulſionem non mouetur (ſolet autem id frequẽtiſſime fieri propter ſarcinam deoneratam.) tunc vti poſſumus clyſtere aliquo, quod & Gal: probat, dum in aliquibus locis præfert ſanguinis miſſionẽ clyſteribus, & Hipp. 4. de ratione victus in morbis acutis narratione. 21.

Si tamen contingat, fæces nimis inteſtina grauare, & præ nimia ſiccitate non poſſe excerni, in hoc caſu nõ abs re erit lenienti

aliquo

aliquo clyſtere uti, multo ante ſanguinis miſſionē, vt excrementa educantur, quæ intus detenta morbum augere poterant, & feruor internus compeſcatur.

Vbi vero in principio febris peſtilentialis in cæteris tantum humoribus in ſanguine autem nihil peccatur, ſectionem venæ nullo modo tentabimus, quia cū ſanguini non ſint permixti, neceſſario bonus ſolumodo raperetur humor, quod cauſaret materiam maligniorem & repentinam ægri mortem, hinc videant illi qui temere ac imprudenter in omni lue peſtifera corpore exiſtente quacunq; de cauſa plethorico ſanguinis miſſionem committunt.

Hoc

Hoc bene notandum quod ſi propter tenellam ætatem aut imbecillitatem virium vel alia quacunque de cauſà ſanguinem mittere non liceat, loco ipſius ſcarificationes vtiles eſſe, ſi neque has valeat æger tolerare, cucurbitulæ affigãtur collo, vel humeris, dorſo, aut cruribus, pro vt paulo ſuperius dictum eſt, vt reuellatur materia illa uenenata à corde,

Quod ſi mulier vterum gerat, iubent aliqui ſcarificare brachia, ne aborſus ſequat̃ ſanguine miſſo, tumorique ſanguiſugas apponunt, vt virulenta extrahatur ab ijs materia, videndum tamen vt ſint optime præparatæ & expurgatę, alias ſolent tenuem ſanguinem ſolum exugere, craſſiori &

deteriore relicto, quomodo autẽ recte præparari debeant et ſivari. os expurgandi modos ſciá, in calce tamẽ libri duos aperiam quos beneuolus lector contemnẽdos meo quidem iudicio, haud iudicabit. Nunc de vomitu agamus.

DE VOMITV, ET QVIBVS REMEDIIS PROVOcari poſſit: agitur etiam de alui profluuio.

Cap. VI.

lib. 3. fen. 13. tr. 5. VOmitus ſecundum Auicen. Eſt motus ſtomachi ad expellendum ex eo aliquid, quod eſt in eo, per viam oris.

Huius

Huius euacuatio prima est solius stomachi, secunda capitis, reliquæ vero totius corporis. attractio autem ipsius et eradicatio est vt plurimum ab inferioribus vt idem autor tenet.

Vomit⁹ futuri signa ex humore putrido & maligno in febre pestilentiali, sunt nausea & subuersio, tensio hypochondriorū ad superiora, dolor vel poti⁹ grauitas capitis, tremūt labia, est sitis saporq; malus in ore; hic multoties fit difficilis, propter humoris subtilitatem, aut imbecillitatem viriū vel etiam vomentium indispositionem vt crassiorib⁹ euenire solet & pituitosis si itaque non satis vel difficile vomāt ægri, potione aquæ calidæ, vel syrupo viol. aut

ſyrupo acetoſo ſimplici, facta frictione in gyrum circa os ventriculi, prouocanda erit vomitio, eandem etiam leniter cient, ſucc⁹ corticis vel radicis ebuli, ſuccus ſambuci, ſuccus fumi terræ, ſemẽ atriplicis, rapæ, ſemen & radix raphani, acetum aqua & oleo, ana quantum ſufficit, mixtum.

Horum ſi nihil profuerit, adhuc potentius ad idem cõficitur ex decocto corticis radicis laureolæ, ireos, ſeminis raparum ſingulorum unc. j· tritorum om̃iũ, quæ in libris quatuor aquę decoquãtur pro vt artis eſt, adhuc potentior exiſtit ipſorũ puluis, ex aqua potus quẽ modũ Antonius Fumanellus maxime probat.

Eſt præterea experimentum optimũ

optimum ad vomitum ciendum & absq; vētris offenſione, varios educens humores. ſi detur præſertim ieiunis corticum craſſiorū radicum nucum, ex vino albo decoctum, pondere vnc. iiij. Fernelius vomitum concitat hydrelæo tepente, butyro, vel adipe anſerino ex aqua calēte aut maluæ, aut ſeminis vrticæ decocto, quæ ſingula præſertim oleum, non modo vi relaxante vomitiones mouēt quod hîc cupimus, ſed & perniciei vim acrimoniamqué, in venenis potiſſimū, obterunt.

Quod ſi prædictorum nihil omnino contulerit, ad fotiora confugiendum erit, nimirum ſi chalcanthum (vitriolum & coppa roſa vulgo dictum in.)

aqua rosarum dissoluatur, & rursus iteratis tribus vel quatuor vicibus, cogatur, deturqué oboli pondere obsesso à peste, haud dubie vomitum concitabit, qui adiuuante Deo omnipotenti contagionem ac morbum hunc pestiferum, soluet. Idem quoq; præstabit teste Pet And. Mathiolo, chalcanthi oleũ, quod chymistę vitreis organis, magna ignium vi ab ipso chalcantho eliciũt, nullo sane incommodo, sed maximo vt experientia docuit iuuamento. Post vomitum ægrotans quiescat, modo non dormiat, os quoque abluat ex aceto & aqua rosata, vt grauitas quæ quandoq; capiti accidit remoueatur, bonos insuper odores olfaciat, quibus virtu-

virulentia capitis & cordis corrigi poteſt, prægnantes autẽ à vomitu omnino coërceantur, quoniam ſuperfluitates menſtrui in vomitione non egrediẽtur, unde vomitus eas ad æſtuationem perducet maiorem, curandũ igitur erit vt quieſcant, dum alia via illis occuramus. Cæterũ quoniam plerunque ob maximam morbi malignitatem hiſce præſidiis tota pernicies elici vix poteſt, huius quicquid reliquũ fuerit, vt Fernelio placet, obtundi ac reſtingui debet iis, quæ manifeſtis qualitatibus illius furorem hebetant cuiusmodi ſunt ſucci mali punici, citrei medici, omphacium oxalis, & acida omĩa, medicamentaq; hiſce viribus prędita, de quibus ſuo loco fuſius dicemus.

Quod si cum alui profluuio incipiat lues hęc pestifera, quo in casu venæ sectio, vt in superiori, interdicitur, ne scilicet naturæ motum corporisq́; nutritionem impediamus, quæ ex virtutis cōcoctricis debilitatione causatur, adiuuanda erit natura; vt fæculēti & crassiores humores deiiciātur, quos natura per se sola non facile educere potest, tali aut simili clystere.

℞ foliorum violarum,
maluæ,
nenupharis,
solatri,
hordei, ā. mj. bulliant in suffi. quantitate aquæ ad consumptionem tertiæ partis, decocti accipe libram j.

cassiæ

Cassiæ nouiter extractę. drach. vj.
sacchari rubei. vnc. s.
olei violati. vnc. ij.
salis cõmunis. drach. j. m. f. clyster, vel si mauis hoc accipes
℞ matris violarum,
mercurialis, ã. m. ij.
prunorum numero. X.
tamarindorum, vnc. j. facta decoctione in aqua communi, accipe illius libram. j.
cui adde, sacchari rosati recẽtis. vnc. j.
vitellum vnius oui.
olei violati. vnc. v. m. f. clyster.
Acrioribus minime vtendũ, quia cum morbus hic pestilens per se propensus sit ad ventris fluxum, qui satis propter virium dieiecti-

onem periculosus existit, leuioribꝰ mitioribusq́; contenti, crassiores illas materias euacuare tentabimus.

QVANDO CORPORA PESTILENTI FEBRE OPPRESSA purgari debeant.

Cap. VII.

MAgna est apud antiquos & nostri temporis medicos disceptatio, cum de purgantibus medicamentis in hac febre loqũtur, purgandi enim necessitatem uidetur insinuare Gal. cum iubet statim educere ea, quæ in ventre corrupta sunt, vomitu vel alui deiectione, quanto magis itaque in hac febre id exequemur, in qua deterior sors cacochimæ reperit. *4. de sani. tuenda.*

Alij

Alij contrariũ tenent qui omnẽ ſpem boni euentus cũ Hipp. ponunt in humorum expulſione ad corporis ambitũ, vt vaporib⁹ illis contagioſis detur aditus, & cum purgiantia medicamenta oppoſitũ motum pariant, nequaquam admittenda dicunt. 3. epid. tex. 57.

Sed omiſſis illorum plurimis argumẽtis pro utraq; parte ſtantibus, ſciendum eſt vbi febres peſtiferæ ex aëris ambientis vitio ortum habent, ægrotãtibus purgationes non conuenire, quantumuis ſint prauis humoribus referti, ſicq; intelligẽdus erit noſter Hipp. loco citato, vt idem manifeſte ſe ipſũ explicat, dicens.

Neq; expurgationibus arte, aut natura factis ægri conualuerunt.

Cui

5. epid. super tex. 56.

Cui & Gal. ſubſcribit, cũ ait, purgationes quarum mentionẽ fecit Hippocrates. vtriſq; poſſunt añumerari: nam nihil contuliſſe ita affectis remedia, etiãſi ille nihil dixiſſet, in aperto ẽſt, ſiquidem cum multi morerentur, nullius erant vſus omnibus illis auxilia, hæc Galenus. Ex his inquã facile intelligimus cũ peſtis à ſuperioribus aſtris & aëris inquinamento cauſatur purgantibus non eſſe procedendum.

Aſt vbi morbus iſte contagioſus abſq; aëris putredine aliquẽ adoritur ex multis cruditatibus & prauis cibis intempeſtiue ſumptis; & propter imbecillitatem virium aut alui deiectiones, vel vomitiones, aliaue quacunq; de

cauſa

causa sanguinē mittere non liceat, tūc in principio statim morbi, leuiori medicamine laborantes euacuare vtiliter tentabimus, cū adhuc venenosa luis qualitas nō sit valde sparsa, & tutius sit statim in principio in quo vires sunt fortiores & ob id facilius pharmaci motum sustineant, prauos illos humores educere, quā in augmēto vel statu illius, quo tempore vniuersalem corruptionem iam subierunt, quod expresse testatur noster Gal. cum ait euacuationē statim iudicat faciendam Hipp. per medicamentum, priusquám vel robur corporis dissoluatur, vel febris calidıtas augeatur, vel ad aliquod principale membrū decumbant ij qui per corpus uagantur

4. aphor. in lib. extr ord.

gantur

gantur humores &c. quibus verbis autor aperte medicinam in morbi principio sumendam minime vero in augmento vel statu ipsius suasit.

Nec est quod te perterreat illud Hipp. dictum cum præcipit, materiam turgentem quocunque morbi tēpore esse expurgandā, quod in peste etiam cum sit peioris conditionis quam reliqui, maxime deberet fieri, sciendum enim quod turgens materia in aliis morbis est in motu, quæ vero febrem pestilentialem comittit est quieta aliisq; huimorbus permixta, & hāc ob causam in initio si preparatioem expctare nequimus illam euacuabimus, fortiori autē medicamento ob eandē rationem

aphο. 22. par. 1.

onem vti nõ licet, quã opinionẽ clariſſime in Gal. legimus his verbis. Eos qui ſunt in aliqua corporis parte firmati, neq; vllo alio auxilio mouere oportet, neq; medicamẽto (fortiori ſcilicet.) purgare cõuenit ante coctionẽ & ratio eſt quia fixus humor partib9 internis hæres ſine maxima perturbatione educi nõ poteſt. Quod in hoc morbo ſumo ſtudio cauẽdum, ſecus eſt de humore moto, qui facile pharmacis rite adhibitis cedit, illiſq; educitur. *1. apho. 22.* *Notẽt qui argento vivo pracipitato, & tur beto minerali, agrotantes liberare conantur.*

Quapropter adhibeat benign9 medicus benignum medicamẽtum, quam primum vocatus ad ægrotantem. Febre peſtilentiali correptum fuerit, ne cruditates impoſterum illi fomentum ſuppeditent,

peditent, certus enim ſum, quantumuis in initio, maligna natura humorum exuperet, leui tamen illa purgatione in principio facta naturam reſiduum quod eſt ſuperaturam, & ſic benigno medicamento ſumpto, humores praui nunquam à toto corpore verſus viſcera trahentur, quod electiua pharmaca facili negotio cauſarent.

Cum itaque ſenſim ſaluũ ſubducere tentamus pharmaco aliquo humorem peſtilentem reſpiciente, dare poſſumus hoc aut ſimile.

℞. ſpecierum diamoſchi dulcis,
diarrhodonis Abbatis,
trium ſandalorum, ã. drach. ij.
oſſis de corde cerui,

coralli

coralli rubei,
albi,
florum rorismarini,
rosarum rubearum,
seminis ocymi,
seminis citri, ā. vnc. s.
rhabarbari electi, drach. V.
cardui beneni cti, vnc. s.
fragmentorū ex quinq; gemis,
margaritarū. ā. drach. iij.
seminis perforatæ,
garyophyllatæ,
Zedoariæ. ā. drach. j.
ligni aloës,
spicænardi, ā. quart. j.

croci. dra. s. misce fiāt pulueres, & cum conserua violarum, buglossæ, borraginis. ā. vnc. vj. diaprunis laxatiui, & tripheræ persicę. ā. vnc. j. fiat electuarium cum

libra vna & ſemis ſacchari diſſoluti in decocto ſcabioſæ, aut pentaphylli Doſis erit pondus dra. ij. pro vice.

Vtiliter etiã propinabis triphere perſicę. vnc. j. cũ aqua violarũ & buglosſæ. ã. quantum ſufficit. vel catholici. drah. vj. cum aqua hordei. q. ſ. item ſyrupi roſati laxatiui. vnc. j. s. cũ aqua endiuiæ & cichorei.

Si præceſſerit vomit⁹ vel aliquis alui fluor detur rhabarbarum ad. drach. j. in infuſione cũ aqua endiuiæ, & ſyrupi roſati laxatiui. vnc. s. ad idẽ faciet triphera perſica, quia hæc duo minus laxant, & conſtrictionem relinqunt, vel minus calfaciunt.

Sunt & præclariſſimi viri in ar-

te medica, qui iubent in omni euacuatione per pharmacũ, medicinæ addere, quę cordis virtutẽ corroborant, & venenatam illam qualitatem occultã opprimunt, vt superius exemplum dedimus, quod omni temperamento conueniet, quo fit vt in euacuando, virtutem quoque cordis vitalem sustentemus, cuius rei complures formulas hic apponere placuit, quibus beneuolus lector ad placitum vti poterit; sit itaq; minoratiuum in febre pestilentiali, pendente á putredine choleræ, eiusmodi.

℞ margaritarum,
hiacintorum,
smaragtorum, ã. scrup. j.
radicum valerianæ,

radicum buglossæ,
radicum borraginis, ã. ms.
coralliorum rubeorum,
been albi,
been rubei,
serici crudi, ã. drach. s.

Hæc omnia infundantur per noctẽ bene trita & in petia ligata, in æquis portionibus aquarũ endiuiæ, buglossæ, tormẽtillæ, & dictami albi, deinde bulliant simul. q. s. & cũ dicta decoctione dissolue, mañæ calabrinæ. vnc. ij.
rhabarbari, drach. j. s.
spicæ grana. vij. m. f. p. vel cũ sequenti pharmaco minoret.

℞ mannæ calabrinæ, vnc. ij.
rhabarbari optimi. drach. j. s.
spicæ grana. vij.
triferæ persicæ, drach. ij.

cum

cum prædicta ducoctione. q. ſ. diſſolue. & fiat potio.

Vbi vero peccans materia in hac lue fuerit pituitoſa, tale medicamentum præſcribes.

℞ agarici optimi. ſcru. iiij.
turbith ſubtiliter puluerisati, ſcru. ij.
Zingiberis. ſcru. s.
ſalis gemmæ grana. ij.
floris caſſiæ nouiter extractæ, drach. v.

Infundatur agaricus cũ ſuis correctiuis in oxymelle ſimplici, per horas. X. facta expreſſione, diſſolue cum decocto florum & fructuum cordialium quantum ſufficit, & fiat potio.

Aſt ſi in febre peſtilentiali materia melancholica peccatũ ha-

beat, sequenti medicamento minorabis.

℞ diasenæ lenitiui. drach. vj.
confectionis hamech. dra. ij.
floris cassiæ nuiter extractæ. drach iij.
dissoluantur cum aqua melissæ quantum sufficit, fiatq; potus quæ ægrotanti adhibeatur.

Verum dubitare possemus, an declinante morbo liceat medico purganti medicamine vti, cũ eo tẽpore natura morbũ iam superarit, quo casu respõdemus, si cõtingat excrementa aliqua remansisse quę intus detẽta possint nouum morbũ suscitare, non abs re esse ægrotantẽ purgare, pręsertim si oris insuauitas, cum amaritudine id persuadere videatur.

TRA-

TRADVNTVR MEDICAMENTA CONCOQVENTIA & vere purgantia, quibus huic febri succurrimus.

Cap. VIII.

AVXiliis vniuersalibus adhibitis iisq; nō sufficientibus, considerandum erit, nunquid venenosa hui⁹ luis qualitas in putredine, humorumq; vstione vigeat, vt an frigidis & humidis, an frigidis & siccis alterare sit necesse: quod ex pulsibus, vrinis, in primis vero ex calore linguæ dignoscemus, lingua enim sicca & nigra ex fuliginib⁹ vstis talis redditur: humida & nigra, ex humore aut vaporibus à materia putrida ortis talis fiet, igitur pro varia vniuscuiusque temperie serapiis infra

infra scriptis vtemur id quod Hippo. suadet dicens, corpora cum quis purgare volet, ea fluida faciat oportet, tandem ad medicamenta eradicantia & suis propriis humoribus cõuenientia deueniendum est.

Si itaq; materiã cholericã præparare volueris, tali syrupo efficies, cui tamen vt in reliquis paulo post dicẽdis, corroborantia vitalem cordis spiritum semper permisceas.

℞ syrupi de succo acetosæ,
syrupi acetositatis citri,
syrupi de endiuia, ã. vnc. s.
aquarum lupulorum,
acetosæ,
borraginis, ã. vnc. j.
margaritarum præparatarum, scrup. s. boli

boli armeni oriẽtalis puluerisati, scrup. j. m. cui adde si placet parũ vini granatorũ; digesta materia, eradicetur viribus annuentibus sequenti pharmaco.

℞ mannæ calabrinæ, vnc. ij.
electuarij de succo rosato, drach. ij.
rhabarbari electi, drach. j. s.

infundatur rhabarbarum in aqua endiuiæ & tormentillæ, cũ modico spice per decem horas, facta forti expressione, adde triferæ persicæ, drach. j. s. & cum aliis omnibus misce, fiatq; potio.

In materia pituitosa concoquenda sic procedes.

℞ oxymellis simplicis,
syrupi de duabus radicibus,
syrupi de corticibus citri, ã. vnc. s.

aquarum dictami albi,
betonicæ,
borraginis, ã vnc. j. m. adde parum croci & cinnamomi, fiat potus qui detur quo vsq; signa digestionis apparuerint, quibus apparentibus robore & ætate consentientibus, hanc offeres medicinam.

℞ diacatholiconis vnc. s.
electuarij indi, drach; ij.
agarici electi, serup. iiij.
zingiberis,
salis gemmei, ã grana iij.
triferæ persicæ.
turbith gumosi. ã. drach. j.

infundatur agaricus pro vt superius dictum est, puluerisatis puluerisandis, cum sufficienti quantitate decocti florũ & fructuum

cordialium fiat potus, qui tempore conuenienti exhibeatur.

In humore melancholico digestiuum optimum erit tale.

℞ syrupi saboris, regis,
syrupi de fumo terræ,
de endiuia, ã. vnc. s.
aquarum radicis tormentillæ,
radicis valerianæ,
radicis borraginis, ã. vnc. j. misce, aromatisetur cũ modico cinnamomi, & corticum citri, postquam vero ægrotans tribus vicibus acceperit hunc syrupum, dandum erit carminatiuum sequens, quia completam digestionem humoris istius expectare non possumus, cum materia maligna continue agat in humores cordis & splenis, euacuetur ergo hunc in modũ.

℞

℞ thimi,
epithimi,
polipodii quercini,
foliculorum ſenæ,ā. m. j.
florum borraginis,
bugloſsæ,ā. p. j.
corticum mirobalanorum indorum. vnc. s.
radicum valerianæ,
radicum tormentillæ,
radicũ dictami albi, ā. vnc. s.

bulliant om̃ia in ſufficienti quãtitate aquarum lupulorũ, fumiterræ, tormentillæ, uſque ad conſumptionem mediam, colati recipe quantum ſufficit ad diſſoluendum.

diaſenæ lenitiui, drach. vj.
agarici electi, drach. j. s.
zingiberis,

ſalis

ſalis gemmæ, ã. gr. iiij.
cofectionis Hamech,
trifere perſicæ, ã. drach. ij.
infundatur agaricus cũ ſuis corrigentib⁹ in oxymelle ſymplici, quantum ſufficit per x. horas, facta tandem forti expreſſione, exhibeatur patienti, ſi nihil obſtat in aurora, quod ſi ſanguinis miſſio exercenda eſt, poſt ipſam prædicta omnia ſumantur, vt ſic patentioribus viis exiſtentibus, vndique illa poſſint permeare. Hæc de præparantibus & eradicantibus dixiſſe ſatis eſt, nunc circa ſudorem quædam videamus.

AN

AN SVDORE MET QVIBVS MEDIIS PROVOCARE liceat in lue pestilenti, illoq; finito quid agendum sit,

Cap. IX.

IN morbis contagiosis ac pestilentibus sudorem conuenire si vires concesserint certũ est, præsertim corpore prius euacuato, siue permissionem sanguinis siue alio leui medicamẽto si expediat, nã sudore suborto solent á morbi malitia ægri immunes euadere, licet appareant antraces aut bubones, quia multi pestilentes tumores originem habent ex tenuissimis & feruentissimis humoribus, qui cum materiam illis tumoribus facili negotio præstare possint,

possint, sudore educendi sunt: obseruandum tamen est cum sudorem præcipimus an febris sit remissa, aut in tensa, vt potentioribus vel remissiorib⁹ sudorificis vtamur; quibus venenum propulsantia (nimirum iis, quæ per os sumuntur.) vitalemq; spiritũ conseruantia permiscere conuenniet, pro vt in capite de purgantibus & alterãtibus locuti sumus, superest iam nonnullas formulas perscribere, vt hoc auxilio securius vti possimus, nũc hoc, nunc aliud remediũ administrando, primum itaq; teneat locum sequens:

℞ tormentillæ,
dictami albi.
santali rubei,
cornu cerui usti,

boli

boli orientalis, ã. drach. j.
margaritarum:
coralli albi,
rubei,
gentianæ,
ariſtolochiæ rotundæ,
cinnamoni, ã. drach. s. m. fiat
puluis.

doſis eſt, drach. s. vsq; ad drach. j. in decocto ſcordei, cardui benedicti, vino, aut aqua ſcorzoneræ, pro ut tempus fuerit calidum aut frigidum. Vel detur electuarium de ouo Maximiliani Imperatoris, quod inter complura maximopere laudatur, detur veroiis qui ſunt profectioris ætatis, drach. j. iunioribus, ſcrup. ij. vt plurimum ſufficiant, poteſt diſſolui in ſtillatitio liquore roſarũ, ſca-

scabiosæ, aut borraginis, sunt profectó hæc duo remedia adeó tuta & secura vt nihil quasi sit timendum. Plurimum etiam cóferet sequens hæc potio.

℞ diascordij Fracastorij drach. j.
boli armeni præparati,. scru. s.
stillatitiorum liquorũ rosatũ, scabiosæ,
buglossæ, ã. vnc. j. m. fiat potio, quanta sit vis boli armeni præparati in curanda lue pestifera, Galenus expresse innuit, qui in magna ac perniciosa illa peste (quæ tot millia hominum dum Romę grassabatur interemit.) quicunq; hoc medicamentum sumpsissent celeriter sanatos esse ait, præparationis modum inuenies circa finem libri, quem tibi candide

lib. 9. de simpl. medic. facul.

lector lubenti animo aperiam, licet pro certo ſciam inter duo millia noſtrorum, vix vnum reperiri, qui illius pærparandi modum rationi conſentaneum, teneat, tu vero eo animo quo ego feci gratis accipe ſuo loco.

In temperamẽtis phlegmaticis vel minus calidis vtiliter etiam propinabitur hæc potiuncula.

℞ theriacæ Andromachi, ſcrup. ij. (quæ ſi tibi propter nimiam caliditatem ſuſpecta videtur, recentioris theriaces loco antiquioris ſubſtituere poteris ad ſcrup. ij.)

Mithridatij optimi ſcrup. j.
pulueris diamargar: frig. ſcru. ſ.
confect. Alchermes. gr. iij.
ſtillati. liquorum, bugloſſæ,

ace-

acetosæ,
rosarum, á. vnc. j. m. f p.

Non in minori pretio erit sequẽs puluis si detur ægrotanti, dra. j. in aquis ad pestem conuenientibus, cuius descriptio hæc est.

℞ foliorum dictami veri,
radicis tormentillæ,
radicis pimpinellæ,
zedoariæ,
gentianæ,
rad: tunicæ, á. vnc. s.
boli armeni præparati, vnc. j.
terræ lemniæ, dra. iij.
aloës hepaticæ,
myrrhæ, á. vnc. s.
croci, drach. j.
mastiches, drach. ij.

terantur omnia in puluerem minutissimum, de quo propinetur,

 drach.

drach. j. pro vt diximus, in stillatitio rosarũ aut oxalidis liquore.

Aquam illam bezoarticam omni auro præstantiorem, quam fœlicissimo cum successu ægrotantium pestilentiali morbo in frequenti vsu habuit clarissimus ac omni laude dignissimus Doctor Zangmaisterus, Heinrici tertij Galliarum Regis Medicus primarius, illã dico inuenies capite proprio (vbi de præparatione hyrudinum & boli armeni agitur.) in quo habebis quæ placuisse poterunt.

Reperiuntur etiam aliqui magnæ famæ medici, qui cum luis pestiferæ curationi intendebant, hoc puluere ad sudorem prouocandum fœliciter vtebantur.

℞ pul-

℞ pulueris carlinæ.
cardui benedicti,
dictami cretensis, ã. drach. ij.
pulueris lapi: bezoar,
croci, ã. drach j.
quorum omnium permixtorumq́ dosis erat, drach j. cum decocto pentaphylli aut scabiosæ.

Sumpto igitur aliquo medicamento prædictorum, ægrotãs in lectum calefactum & stragulis bene tectũ mox se recipiat, ibiq́; quatuor aut pluribus horis pro virium ratione sudet, quod si hoc modo sudor prouenire nolit, pedibus ægrotantis lateres ad ignẽ calefacti subiiciantur, hi namq; suo calore prompé sudorem mouebunt. Hoc tamen maxime ægrotanti cauendum, vt tempore

ſudoris non dormiat, edat aut bibat, quin imo primo die (etiam ſudore fininito.) om̃ino à ſom̃o, miniſtrantium confabulationibus, dehortationibus, ſtrepitu, frictione extremorum, aurium, naſi, & pilorum vellicatione arcendus erit, ad quod etiam inſtitutum nõ inutile erit, ſpongiam acerrimo aceto madefactam, naribus admouere. Nam multum dormire (ſolet autem huic morbo præſertim in principio illius ſomnus immodicus, quandoq; in expugnabilis, & maximé quãdo cum tumoribus exortum habet aduenire.) non ſolum ſudoris, ſed etiam toto morbi tempore (vt in omnibus quoq; venenoſis affectib⁹.) valde periculoſum

eſt,

est, quia in somno fit sanguinis reuocatio ad partes internas & nobiliores, vbi tunc retinetur venenũ, quapropter sedulo dehortandus est æger ne dormiat.

Sudore finito, purissimis & calidis linteis erit abstergendus, mox è lecto si vires concesserint surgat, alterũq; mediocriter prius calefactum petat, si tamẽ (quod melius & salubrius est pro ęgroto ipso & astantium, medicorumq; ingredientiũ securitate.) propter imbecillitatem virium poterit, cubiculum mutet, aëre interim extraneo fumo studio vitando, quia vnius cubiculi aër, ex assidua ægrotantis habitatione plurimũ inficitur, qui repente ac facile emendari nõ potest, fit autẽ cubi-

culum

culum in quod transfertur, prius bene expurgatum, & quotidie ſpargatur in illo aliquoties aqua roſacea cum aceto & vino albo odorifero ad æquales partes deinde lignis odoriferis ignem excitare multum iuuat, ſicut ſunt roriſmarini, lauri, ſaluiæ, myrti, ſtæchados, cypreſſi, iuniperi & eiuſmodi.

Poſtquam in illud ſe receperit æger ſit hilaris & bene ſperet, cui à ſudore duabus aut tribus horis iuſculum gallinaceum offerendum erit, idq; ſubinde ſæpius faciendũ, ſenſim enim reſtauratio virium tentanda eſt, qua propter illi conferet ſæpe comedere, ſed parum admodũ pro vice, carnibus quoque pullorum galli-

gallinaceorum, cum oxalide aut succo limonum, vel omphacio coctis uti licebit, tempore vero sitis hanc potionem propinabis.

℞ iulepi rosacei vel violacei unc. iij. syrupi acetositatis citri, vel de limonibus, vel de granatis, de acetosa, de berberis, unc. j. s. syrupi de intybo satiuo, unc. ij. decocti oxalidis, scabiosæ, florũ buglossi, ã. unc. iij. vel accipiantur stillatitij liquores eorundem in eadem dosi. fiat potus qui detur tempore sitis.

Item aqua in qua hordei parum decoctum sit non inconueniens erit pro extirpanda siti, præsertim si succum rosaceũ aut oxalydis, limonum vel omphacium admisceas.

Soleo quoq; in vehementissimis ardentissimisq; febribus cũ magna ægrotantiũ vtilitate pro sitis sedatione exhibere hanc potiunculam.

℞ rasuræ cornu cerui vsti præparati, drach. X. bulliant in lib. vj. aquæ fontanæ puræ ad consumptionem tertiæ partis, seruẽtur vsui absq; colatura.

Cubiculum quod reliquit æger repurgetur quotidie quater aut quinquies, cum odoratis & fragrantibus suffimentis, idqué fiat quotiescunque locum permutauerit, verbi gratia tali puluere.

℞ rorismarini, m. s.
saluiæ,
bethonicæ,
absinthy,
maioranæ.

ori-

origani, ã m. j. ex his omnibus fiat puluis ſubtiliſſimus, vel accipiatur iſte.

℞ baccarum iuniperi, vnc. j.
myrrhæ, drach. iij.
thuris,
maſtiches, ã. drach. ij.
radicum caryophillatæ, drach j.
rutæ, vnc. ſ.
corticum cupreſſi, drach. j. ſ.
radicum angelicæ ſatiuæ,
lauendulæ, ã. dra. j. m. f. puluis.

ſeques puluis eſt ſane aureus qui non ſolum ad peſtem verum etiã contra omnia venena valet.

℞ ſantalorum omnium,
myrrhæ,
ſtiracis,
aloës,

laſer-

laſerpitij lachrimæ,
agallochi,
ſcordij.
caſſiæ adoratæ,
corticis citri,
baccarum iuniperi, ā. partes æquales, f. puluis ſubtilis, prædicti pulueres inſpergantur crebro viuis carbonibus, pauperes ligna iuniperina fiſſa, aut baccas ipſas carbonibus ignitis imponant?

Feneſtræ cubiculi ſint bene clauſæ, potiſſimum ſi hæc contagio ab aëre infecto proueniat, præſertim diebus nebuloſis ac pluuioſis, ne peſtilens aër ingrediatur, quas tamen ſi interdum aperire volueris, aperiantur verſus orientem vel ſeptentrionem, idq; fiat à ſole iam aliquot horis

orto

orto, quibus reclusis, suffumigetur locus ex prædictis aliquibus, & calefiat ignibus odoriferis, hęc autem non fiant donec ægrotans ad alterum locum se receperit; quę præcepta in præseruatione quoq; ab hac lue notentur.

SEQVVNTVR REMEDIA TAM INTRINSECA QVAM EXTRINSECA MEMBRA PRINCIPALIA CONFORTĀTIA QUĘ OMINO LANGUIDIS ADHIBENDÆ SUNT.

Cap. X.

REpetiuntur non nulli, quorum vires, adeò exiguę sunt, vt non solum pestilenti morbo, sed etiā paruissimis ac leuissimis

de

de causis statim exoluantur, his procerto exhibenda sunt medicamenta, non venenis resistendi modo, sed & cordis cæterarumq; corporis partium virtutem corroborandi, vi prædita; cuiusmodi erit confectio alchermes cum aqua rosarum vel syrupo acetositatis citri, aut accipiatur sequens.

℞ conseruæ acetosæ vnc. j.
conseruæ rosarum,
buglosæ, ā. vnc. s.
pulueris diamargariti frigidi, drach. ij.

sacchari rosati quantum sufficit, m. f. conditum, vtatur cum aqua bullita; hæ duæ potiunculæ maxime confortant naturam iam debilitatam, prima hæc est.

℞ diamagariti frigidi, drach. s.

confe-

cõfectionis alchermes, gr. iiij.
aquæ acetosæ,
aquæ buglossæ, ã. vnc. j.
syrupi de limonibus, vnc. s. m. f. potio, altera hãc tenet descriptionem.

℞ aquæ rosatæ, lib s.
vini albi odoriferi, vnc. iiij.
boli armeni orientalis. drach. ij. m. poteris ægrotanti exhibere sæpius in die, virtus enim vitalis multum illa recreabitur, nam ratione aquæ cauma & incendium huius febris remittuntur; vinum confortat virtutem vitalem existentem in corde, pua roborata renuet & materiam malignam ipsum cor turbantem, bolus vero armenus á proprietate mẽbris principalioribus robur addit & sua

ſua ſtipticitate prohibet tranſitũ vaporum uenenoſorum cor petentium. Idem etiam præſtabit ſequens hæc mixtura.

℞ ſacchari roſati,
buglossati,
violati, ã. vnc. j.
boli armeni, drach. j.
coralli rubri, ſcrup. j.
lapitis bezoar, gr. vj.
corticum mali citri, drach. j. s.
camphoræ, ſcrup. s.
cum ſyrupo de limonibus, quantum ſufficit, miſce fiat antidotus liquida de qua æger ſumat ad placitum, magno in pretio habetur iulepum hoc quod omni tempore pro virium perditarum recuperatione adminiſtratur.

℞ aq: deſtill. florum borrag.

florum buglossæ,
radicum valerianæ,
radicum endiuiæ syluestris,
rosatæ moschatæ, ā. libram, s.
hiacintorum,
smarag,
granat,
margarit, ā. drach. j.
ossis de corde cerui,
santalorum alborum,
rubeorum,
been albi,
rubei,
serici crudi, ā. scrup. ij.

bulliant omia simul ad consũptionem tertiæ partis aquæ, colaturæ adde succi acetositatis citri,
succi limonum,
pomorum dulcium, ā. vnc. ij.
vini granatorum. vnc. iiij.

bulliant denuo vſque ad con-ſumptionem quartę partis, deinde cum ſaccharo, q. ſ. m fiat iulepum, quod aromaticetur, accipiendo ambræ griſ. ſcrup. j. moſchi optimi, gr X. cinnamomi electi, macis, ã. drach. s. corall. rubei, ſeminum citri, ã. ſcrup. j.

Pulueriſentur omnia ſubtiliter, & in petia linea ſubtili ligentur, ponanturqué in ſyrupo per vigenti quatuor horas, ſyrupus ſeruet vſui, ægrotanti dabis vnc. j. vel vnc. ij. prouice. Sunt aliqui, qui maluntin forma confectionis quam potiunculæ, á quibus ſæpius abhorrent, præſcripta accipere, vt ergo & illis ſatis faciamus hanc mixturam, certe non

inuti-

inútilem, añotare placuit, de qua æger ſingulis diebus capiat drac. ij. mane & veſperi per duas horas ante cibum, habebit enim eundẽ effectum, quem potiunculæ, formula talis eſt.

℞ ſucci acetoſitatis citri,
ſucci limonum,
ſuc: pomorum dulcium, ã. vnc iiij.
florum bugloſſæ conditorum cum ſaccharo,
florum borraginis, ã. vnc. ij.
radicum valerianę, condit: cũ ſaccharo,
radicum bugloſſæ,
rad: borraginis,
rad: endiuiæ ſylueſtris, ã. vnc. j. omnia ſimul contundito,

quibus contusis adde ambræ optimæ.

moschi selecti, ã. drach. s.
omniũ fragmentorũ preciosorum,
coralli rubei,
margaritarum,
been albi,
rubei,
ossis de corde cerui,
serici crudi, ã. vnc. s.
pulueris vnicornu, scrup. s.
boli armeni orient, drach. j.

sacchari q. s. m. fiat confectio, cuius vsus sit pro vt narrauimus.

Parari etiam poterunt tabellæ his pestilentibus morbis proficuæ vt,

℞ pulueris diamargariti frig.
diarrhodonis abb: ã. drach. j.

pul-

pulueris coralli rubei præparati,
dictami cretensis,
margaritarum.
scordei, ã. drach. s. cum aqua oxalidis, & lib. j. s. sacchari fiant tabellæ.

Circa ea quæ exterius applicantur notandum venit, quod si natura in ægrotantium vtilitatem expulsioni humorum incumbat, nullo modo epithemata vel vnguenta adhibenda esse ne motus illius impediatur, in quibus tamẽ conu enient, calida aut saltem tepida administrari debere, vt hoc pacto prauis humoribus exitus pateat, quibus alioquin reclusis symptomata cuncta maligniora redderentur. Fiat itaq; pro epithemate cordis tale.

℞ aquæ borraginis,
valerianæ,
tormentillæ,
rosatæ moschatæ,
cicoreæ, ã. vnc. iiij.
santal alborum,
rubeorum,
ossis de corde cerui,
been albi,
rubei, ã. drach. ij.
corticum citri exsiccatarum,
corticum limonum, ã. vnc. s.
camphoræ,
croci, ã. gr. v.
vini albi odoriferi,

aceti fortissimi, ã. vnc. iij. bulliãt omnia simul, q. s. fiat epithematio cordis quotidiana, sua enim virtute propellit om̃em malignitatem quæ illi accidere potest, & quo-

quoniam eadē pestilentialis venenositas hepati communicatur á minera læsionis, quæ cor est, ideo mane & vesperi epithemetur hepar sequenti epithemate,

℞ aquæ absinthij,
hepaticæ,
solatri,
rosatæ,
endiuiæ, ā. vnc. v.
specierum ceroti tria santal: vnc. j.
aceti fortissimi, vnc. iij
spodij, drach. ij.
camphoræ, gr̄. x.

puluerisanda subtiliter puluerisentur, fiatq; epithema.

Conficiunt etiam vnguenta nō minoris efficaciæ cōtra hanc luē quā superius recensita, exempli gratia.

℞ theriacæ Andromachi, vnc. j.
ſucci acetoſitatis citri,
ſucci limonum, ā vnc. s.
coralli rubei,
ſeminum roſarum rubearum
ā. drach. s.
camphoræ,
croci, ā gr̄. iij. m. omnia bene ſimul ducantur, donec fiat linimētum quo mane & veſperi regionem cordis calide inungas, ſupra quam inunctionē ponas petiam de ſerico, eſt certe in confortando ſublime remediū, ſtomachus quoq; bis in die vngatur ſequēti vnguento ante cibum, quia & ipſe propter naturalēq debilitatā virtutē patitur.

℞ olei ſpicæ,
maſtichis,

olei

olei cidoniorum, ā. vnc. s.
caryophyllorum,
macis,
cinnamomi,
nucis moſchatæ,
ligni aloës,
coralli rubei, ā. ſcrup. j.
redigantur puluerifanda in puluerem, & cum cera quantum ſufficit, fiat vnguentum molle.

Quod ſi vapores peſtilentes cerebrum adoriantur, ſtatim ei ſuccurrendum eſt oxyrrhodinis, imo ſi calidi cerebri notæ ſint, & febris incipiat acuta, ægerq́; quãuis nondum deliret, ſed præter conſuetudinẽ plus iuſto loquatur, antequam caput magis incaleſcat oxyrrhodinum eſt applicandum, debent autem frequen-

ter mutari, quia ex nimia mora vires oxyrrhodini debilitantur.
Hæc ſunt quæ circa ſymptomata quæ frequentiús occurrunt dici breuiter poſſunt.

DE CARBVNCVLO SIVE ANTHRACE PESTILENTI.

Cap. II.

QVoniam in peſtilenti febre vt plurimum apoſtemata accidunt, vt ſunt carbũculi, Anthraces & bubones, vnice ſtudẽdum erit, vt materia illa venenoſa quam primum attrahatur ad exteriora per locũ antracis vel carbũculi, qua attracta remoueatur, per apertam in anthrace vel carbun-

bunculo exituram, antequam tamen ad horum couenientia remedia descendamus á carbunculi definitione, vt facilius natura eius innotescat initiũ sumemus

Carbũculus nihil aliud est quã tumor exigu⁹, & pustula maligna (vel rectius secundum Gal. vlcus cito crustam habẽs.) ab efferuescente & mordaci materia venenosa, cum multa partium circumstantiũ inflammatione, febres vehementes & extrema pericula inferens.

Sciendum hoc loco in anthrace vel carbunculo, vbi in corporibus tanta pernicies humorum nõ adest, apparere prius pustulas minutissimas, icorosis humiditatibus constantes, imo ita exiguas

vt

vt milij grano assimilentur, sed breuissimo temporis interuallo ita prominere, vt bubonis magnitudinem æmulentur, cum vehementi dolore, ex violenta partium mutatione facta à solutione continui, ex humoribus affatim ibi ingruentibus, ex quorum mixtura, sicut illorum colores diuersi sunt, ita ex illis omnibus mixtus & medius color resultat, & si in initio ad rubrnm magis, deinde ad viride tandemq; ad nigrũ inclinet, vicina tamẽ liuent: Ast vbi tanta malignitas humorũ adest in pestilentibus constitutionibus adeo perniciosis, nõnunquam excrementorum vstione, si apparatus adest, scara prius visitur, quod Gal. tempore factum esse

esse legimus, 14. meth. med. vbi in carbunculis qui per Asiam populatim sunt grassati etiam citra pustulas nonnullis excoriata statim cutis est. Sentitur quoq; in affecta parte pruritus & calor ingēs, ratio est quia materia irruens est calida & mordax.

Prosilit carbunculus nō è certa sede sed indiscriminatim modo ex hac modo ex illa, interdum etiam non vna tantum sed multę pustulæ apparent, (quod idem Gal. notauit 14. med. meth. class. 7. vbi ait, sæpe vero non vna oritur scabentib⁹ pustula, sed multæ exiles, veluti milij semina, crebræ in particula resilientes, quib⁹ perruptis similiter crustosum vlcus prouenit.) caro præterea quę circum

cum vlcus est summé inflam͂atur, nigrescente quandoque colore & dolore implacabili quæ demũ corrupta excidit.

Sumpta indicatione ab ardore & tensione partis, & impetu fluentium humorum, medicamenta conueniunt, quæ vim obtineant temperandi incendium, corrigendi prauam humorum temperiem, & laxandi partes tensas, quib⁹ om̃ibus satis faciet in principio hydrelæum cum scabiosæ decocto, aut theriaca, laxat enim & rarefit cutis, spirant venenosi halitus & calor immodicus temperatur.

Quid, dum vena secatur sit faciendum, & an sectio illius, & quando, conueniat nec ne, suo pro-

proprio capite iā declarauimus, nunc de reliquis quæ circa carbunculi curam requiruntur breuiter agemus.

Solent in constitutionibus pestilentibus, carbunculorum humores venenosi nimis dilatari, qua propter necessario erunt adhibenda remedia, quę vim habeant cohibēdi, ne vlterius serpant, quale erit hoc aut simile vnguentum.

℞ olei rosati completi,
myrthillorum, ā. vnc. ij.
boli armeni orientalis puluerisati,
sanguinis draconis, ā. vnc. s.
aceti optimi,
succi plantaginis, ā. q. s. m. f. vnguentum molle igne lento, & adhibeatur

hibeatur partib⁹ proximioribus, ſed ea cautione vt non applicetur niſi fluxa omnino materia.

Quod ſi indicatio mittigandi dolorem aut cohibendi fluxum negotium faceſſit, ex vſu eſt emplaſtrum ex foliis acetoſæ, ſcabioſæ, conſolidæ minoris, theriacę, & vitellis ouorum ac radicibus pentaphylli, poteſt etiam fieri ex pomis granatis, aut ex arnogloſſa, in circuitu carbunculi poſitũ, vt temperetur illius inflãmatio, hæc vero medicamenta potius iuuant cum carbunculi ſunt depaſcentes, cæteris enim qui non ſunt depaſcentes, non conueniunt medicamenta conſtipantia, ob repellendi vim, Illud vero quod in carbunculo cruſtoſum apparet,

apparet, ſtatim ſine aliqua temporis intermiſſione (poſt vniuerſalem materiæ purgationem.) ſcarificetur profunde donec ad partẽ ſenſu præditam perueniamus, deinde lixiuio abluatur, vel aperiatur carbunculus cum phlebothomo (ſi haberi poteſt aureo) in medio loci eſcharati, ponaturq́; intus vnum ex trociſcis de minio ex inuentione Ioañis à Vigo, quantitatis vnius grani pineoli vel amygdalæ, cum petiola, habet autẽ hanc deſcriptionem.

℞ medullæ panis crudi bene fermentati, vnc. iiij.

Sublimati electi & fortiſſimi, vnc. j.

miny, vnc. s.

omnia ad inuicem piſtentur cum

modico aquæ rosatæ, deinde fiant trocisci, admodum grani pineoli, & aliquantulum longiores, postmodum extendantur super tabula, & ponantur in furno non multum calido, seruentur in scatula ad vsum.

Partibus itaque scarificatis & vt dictũ est ablutis, adhibeatur vnguentũ ægyptiacum, suppuratio autẽ in quantũ fieri potest prohibeať, partes insuper phlegmone obsessę scarificandæ nõ sunt, quia præter inflamationem, dolore satis intenso molestatæ ob contitinui solutionem vehementius cõcitaretur fluxio, sed solum modo illæ partes, erunt scarificãdæ quæ liuidæ aut nigræ apparent.

Carbunculo mortificato, curandum

randum eſt vt eſchara extrahatur, cum ſedatione doloris, deſuper ponendo hoc vel ſimile emplaſtrum:

℞ foliorum maluarum,
violarum,
capitum lilij, ā. m. ij.
radicum althææ. lib. s.

omnibus decoctis, cum aqua piſtatis & cribellatis in decoctione, cum farina hordei tritici, linoſæ, & fænugræci, ā. q. ſ. fiat deinde arte & igne emplaſtrū ſolidum, addēdo butyri, pinguedinis porcinæ, ā. vnc. iij. vitella trium ouorum recentium poſita, quando deponitur ab igne, croci, ſcr. j. miſce fiatq; pro vt dictū eſt emplaſtrum. poteſt hoc genus emplaſtri quocunq; tempore appli-

cari, imo dum ſumit pharmaca, (non ſinit enim tantũ dolorem cauſari.) nec permittit tantam materiam attrahere ad locum, imó dolorem cauſatum mirabiliter mitigat materiamq́; ad locũ attractam inſenſibiliter reſoluit & ad exitum præparat, per orificium vlcerationis eſcharoſæ.

In parte phlegmone obſeſſa, videlicet in circuitu carbunculi ſemper quoque vtiliter ponitur defenſiuum tale.

℞ olei roſati,
olei myrtini, ã. vnc. ij.
ſucci plantaginis,
ſolatri,
aceti boni, ã vnc. j. s.

bulliant omnia ad inuicem vſq; ad ſucci conſumationem, deinde addatur

addatur ceræ albæ, vnc. j. ſandalorum omnium, ā. drach. j. boli armeni, terræ ſigillatæ, ā. vnc. s. corallorum alborum & rubeorũ, ā. drach. j. m. applicetur vt mandauimus.

Multum profecto in iſto caſu etiam iuuabit adminiſtrare veſicatiuũ in pulſibus brachiorum, carbunculo exiſtente in ſubaſſellis, in cauiculis, in inguinibus eueniente, preſertim ſi ægrotans fuerit mediocriter bene carnoſus, nec exquiſitiſſimo ſenſu præditus, ſed eo tempore, quo reliqua remedia nihil prodeſſe videãtur, formula talis eſto.

℞ apij riſus, vnc. j.
ſinapi, vnc. s.
ſeminis ameos drach. iij.

cantaridarum. drach. j. s.
theriacę Andromachi, dra. j. s.
contundantur omnia simul, cum modico leuati & aceti, deinde ponantur in locis prædictis ad quantitatem fuccaciolæ.

Remota eschara locus abstergendus & mundificandus est sequentibus.

℞ ſucci ſcabioſæ,
acetoſæ,
apij, ā vnc. j.
mellis communis, vnc. ij.
vitellorum ouorum, nr̃o ij.
farinæ hordei, quantum ſatis eſt, fiat vnguẽtum, vel loco illius accipiatur hoc mundificatiuum per tres dies.

℞ therebinthinæ claræ, vnc. iij.
ſyrupi roſati, vnc. j.
mellis roſati, vnc. s. bul-

bulliant omnia simul vnica ebullitione ponendo vitellum vnius oui quando ab igne deponitur, farinę hordei, farinę tritici, ā. dra. vj. m. & adinuicem bene incorporentur cum aliqua spatula, hęc mundificatio valet sum̄opere in primis diebus, quia raro admodum euenit, quin carbunculus in remotione escharæ, non sit cum dolore, & aliquali inflam̄atione loci, quapropter huiusmodi mū-dificatiua quæ habent virtutem mundificandi locum cū aliquali sedatione doloris sunt administranda. Potest etiam tale nō minoris præstantiæ confici.

℞ succi absinthij,
apij, ā. vnc. j. s.
mellis rosacei vnc. iij,

terebinthinæ claræ, vnc. j.
pulueris myrrhæ electæ,
ſarcocollæ, ā. drach. j.
farinæ hordei drach. iij.
croci puluerisati, ſcrup. j.
miſce fiat ex omnibus vnguentũ, ſed cũ craſsa & lenta aut putrida viget materia, poſſumus addere vnguentum Apoſtolorum & ægyptiacũ. Quib⁹ peractis procedendum eſt cũ fortiori mundificatione, cuius hæc ſit cõpoſitio.
℞ terebinthinæ claræ. vnc. iiij.
mellis roſati, vnc. ij.
farinæ hordei, vnc. j. s.
ſucci apij, vnc. ij. s.
myrrhæ electæ, drach. j.
bulliant omnia ad ignem, vſq; ad conſumptionem ſucci, depoſito ab igne ponatur farina hordea-

cea,

cea, & omnia cum ſpatula ad inuicem incorporando donec tepitum fuerit m. ſi placet adde puluerem Vigonis.

Ad mundificandum ſimiliter & incarnandũ tale medicamentum paretur.

℞ ſucci centaureæ,
verbaſci,
ſcabioſæ,
matris ſyluæ, ā. vnc. j.
olei maſtichis,
olei roſarum, ā. vnc. ij. s.
vini albi optimi, vnc. viij.
bulliant vſque ad conſumptionẽ vini & ſucci, facta colatura, adde reſinæ pini.
terebinthinæ abietinæ, ſingulorum, vnc. j.
thuris pulueriſati,

mastiches,
myrrhæ,
aloës, ā. drach. j. s. m. & igne lẽto fiat vnguentum, post concoctionẽ ab igne separetur, cui adde seminis granæ tinctoriç, drach. j. croci, gr. v. m.

his si nihil efficias fortioribus vti poteris incarnatiuis loco bene prius mundificato, cuiusmodi erit hoc Ioannis Vigonis.

℞ mellis rosati, vnc. ij.
terebinthinæ, vnc. iiij.
bulliant parum deinde addat
thuris, drach. j. s.
myrrhæ, drach. iij.
croci, scrup. j.
aloës hepatices,
sanguinis draconis, ā. dra. ij.
farinæ fænugræci,

farinæ

farinæ hordei bene cribellatæ,
ā. vnc. s.
sarcocollæ, drach. j.
m. omnia ad inuicem incorporentur, de quo semper ponatur super tincta tantumodo & filis, super p etia vero ponatur de isto vnguento.

℞ diachilonis albi sine gummis lib. j.
sepi faccini,
castrati. ā. lib. s.
terebinthinæ, vnc. viij.
medullæ crurium vaccarum, vnc. j.
olei rosati, lib. j. s.
pinguedinis porcinæ liquefactæ, vnc. X.
lithargyrij aurei, vnc. viiij.
minij, vnc. iij.

picis

picis naualis, drach. vj.
ſucci plantaginis, lib. s.
bulliant oleum pinguedo ac medulla cum ſucco vſq; ad cõſumptionẽ ſucci, deinde exprimantur, cui expreſſioni addantur reliqua, deinde cum cera alba, q. ſ. arte & igne fiat ceratum ſatis ſolidum, ſemper cũ bacculo agitando, dicitur vnguentum baſilicum magiſtrale Vigonis, ad multos certe affectus vtile.

Quando vero eo vſq; malum peruenit, vt omnibus ſupraſcriptis remediis prodeſſe non poſſimus, tunc in illo caſu cauſticum actuale, vel ſi ægrotans abhorruerit, potentiale tale adhibeatur.

℞ calcis viuæ, libij.
aluminis rocchæ,

cineris

cineris cribellati, ā. lib. j. bulliant in vase æneo donec lapidescant, & mox in ampullam vitream ponantur, quæ optime obturentur supperponendo tantillum cineris, seruenturq; vsui, sunt quidem hæc satis violenta, sed extremis morbis sunt extrema adhibenda remedia.

DE CVRATIONE BVbonis pestiferi. Cap. XII.

BVbo pestilens est tumor per initia quidem oblongus, in vigore turbinatus, mucrone acutus & immobilis, cum dolore, alté glandulis infixus. Differt à carbunculo, quia materia bubonis

est

culi comes est, illi feré assidet, vt si in capite vel in aliqua vicina parte existat carbunculus, eas quæ in collo & secus aures sunt glandulas inuadit, si in brachiis, alas: si in cruribus, iguina bubo possidet, interdum vt diximus solus apparet.

Quid hoc loco de missione sanguinis, scarificationibus, cucurbitulis, hirudinibus præparatis sit faciendum in proprio capite inuenies, hoc certum est, in bubone semper vnice studendum esse, vt venenati humores ad locum vnde bubones emerserunt allaciantur, quod tali fieri poterit medicamine.

℞ ficuum pinguium nr̃o, vj.
vuarum passarum, vnc. s.

salis

error, existimantes theriacã bubonibus pestiferis imponi non debere propter vim propulsiuã, cum profecto potius attractiuã habeat vt quotidiana experientia docet, tuto igitur prædicto emplastro vti poteris, quemadmodum & isto attractiuo, nimirum si acceperis gallum adhuc non coëuntem uiuum, illiusqué anum depilaueris, & immediate apposueris gallúm cum ano supra carbunculum, antracem, vel bubonẽ, tam diu vero teneatur, quousq; Gallus moriatur, aliqui inspergunt podici exiguum salis vt irritationem prouocet, suctu enim quodam venenũ ad se trahit. Idem etiam fit pullis aut columbis, non quidem hoc modo

ſed per mediũ diſſectis & buboni appoſitis, detineantur ſuper locũ per mediam horam, deinde amoueant & alius illico ſuper imponatur, & ſic pluries fiet, hunc modũ videtur Nicolus Florentinus tenuiſſe, ait enim, Cura eius (id eſt bubonis.) poſt generalem curã, eſt, vt trahať materia ad extra, & ad locũ ipſius apoſtematis cũ ventoſis, cũ ſcarificatione, & ſine ſcarificatione, & ſup̃ locũ apponanť ſanguiſugę, & ſuperponatur illico gallus, vel columbus ſciſſus per mediũ, & detineatur ſuper locũ per mediã horam, deinde amoueať, & ali⁹ illico ſup̃ imponatur.

tract. 2.

Non parum quoque conferet (etiam in carbunculo) cucurbitula magna apoſtemati appoſita,

vt

vt cum exterius apostema concrescit, multa materia mala ab intus ad extra trahatur, postmodũ vero repente scarificabis cũ phlebotomo totum apostema, vel cauterisabis ipsum cauterio actuali aureo, in trib⁹ vel quatuor locis, vt materia illa venenosa exeat, & auro membrum confortetur, statim autem facto cauterio cum scarificatione, appones sequens emplastrum. Accipe pomorum granatorum diuisorum per quatuor portiones nr̃o. x. bulliant in aceto fortissimo vsq; quo liquefiant, deinde colentur, colaturæ adde, succi consolidæ minoris, succi acetosellæ, succi apij, ã. vnc. iij. theriacæ Andromachi, vnc. s. m. fiat emplastrũ,

 adhi-

adhibeatur buboni, est enim expertum & vtilissimum. Postquã ad partem affectam tractus iam fuerit humor, attendendum est vtrũ debeat resolui, aut in pus cõuerti, quod si dubia & ambigua signa adsint, sic experiri poteris.

Accipe diachilonis maioris, & vnguenti basiliconis ã partes æquales olei liliacei partem mediam, m. & igne lento liquefiant, & buboni parum istius vnguenti linteo extenso apponat, sic breui temporis spacio cognosces, num magis resolutionem an suppurationem moliatur, quod si resolutioné, iuuabis oleo chamomillæ, liliorum, & lumbricorum, si addatur axungia gallinæ, ceræ quantũ sufficit, fiatq; in modum vnguenti,

vnguenti, quo tumor, vel bubo pestilens inungatur: quod si partes tenuiores crassioribus relictis tantum resoluerentur, vt interdum fieri assolet, ac scyrrhi formam inducerent, tunc curationes vt in aliis tumoribus scyrrhosis in Vigone capite proprio, pulcherrime habebis, si uero suppurationem moliatur, iuuabit emplastrum quod componitur ex radicibus maluæ & althææ, cum axungia porcina sine sale, coctis ficubus, theriaca, & hordei farina, vitellis ouorum, cæpaq; assa: debet autẽ applicari affectis partibus, & omnibus sex horis transactis mutari. Sciendum tamen existente quolibet signo suppurationis, cauterio actuali (si æger

non renuat.) vel ſaltim potenti-
ali aperiendũ eſſe apoſtema, vel
alio quocunque modo. valet eti-
am hoc emplaſtrũ quod adſup-
purationem bubonis plurimum
conducit.

℞ farinæ fœnugræci,
ſeminis lini,
florum chamæmeli, ã. vnc. s.
radicis altheæ,
liliorum alborum, ã drach. s.
ficuum nr̃o. vj.
foliorum dictami, drach. iij.
radicis phu, drach. ij.
ſeminis ſinapi, drach. j. s.
fimi columbini, vnc. s.
olei chamæmelini,
liliacei, ã. vnc. j. s.

redigantur om̃ia in formam em-
plaſtri aut pultis conſiſtentiam,

ac buboni imponatur. laudatur & hoc mirum in modum.
℞ diachylon, ſimplicis, vnc. ij.
ammoniaci,
galbani, ã. vnc. j.
contuſis omnibus, ad emplaſtri conſiſtentiam redigantur.

Si prædictis adhibitis remediis, bubo non rumpatur ſua ſpõte, imponendus erit ſubinde fim⁹ anſerin⁹, in oleo vulgari aut chamæmelino, diſſolutus, quo medio haud dubie rumpetur, quod tamen ſi non fieret, bubone maturato, incidatur vt ſuperius paulo diximus ferro, vel igne vel potentiali cauterio, pro vt ferre poterunt vires, vlcus deinde detergentibus & incarnantibus aliisue medicamentis, vt in capite de cu-

ratione carbunculi quoque narrauimus, mederi debet, quæ breuitatis causa hoc loco studio omitto.

QVIBVS CORPORIBVS, ET QVANDO, IN FEBRE PEstilenti, medicamenta vesicantia debeant adhiberi.

Cap. XIII.

MEdicamenta hæc si rite adhibeantur mirum in modũ ægrotantibus prodesse doctissimi testantur auctores, permoti ratione & experientia.

Videbant enim in corporibus pituitosis & mediocriter bene carnosis, nec adeo exquisito sensu præditis, cum cættera medicamina

mina quãtumuis dilligenter adhibita, parum vel nihil omino efficerent, hæc ſemper quam maxime profuiſſe, quorum opinionẽ aliquibus tamen notatis libenter recipimus preſertim in iis regionibus, in quibus illorũ vſus iam inualuit.

Vt itaq; rem ipſam aggrediamur ſciendum eſt quod quando humor peſtilens cerebum adoritur, qui prius ad tumorem materiã transmiſit, vnde ſomnus immodicus aut delirium ſequitur, cumque cætera remedia de quibus huc vſque mentionẽ fecimus nihil vel parum proſunt, conuenire in ſupra ſcriptis corporibus medicamenta veſicantia: nec inconueniens erit iisdem vti, cum

tumor pestifer occultatur, aut cũ natura ab incepto opere expellẽdi humorẽ venenosum desistit, in his enim omnibus casibus cũ mitioribus ac blãdioribus remediis, nihil præstamus, vesicantia (correcta tamen.) ex vsu erunt, ne humor malignus in corpore detentus sæuiora accidentia pariat, nunquam tamen principalioribus partibus, sed ignobilioribus tantũ sunt apponenda, in illis enim cum coctiones celebrẽtur, ex applicatione vesicantium facile impediri posset, nec ex vsu erunt pueris aut senibus neque omnino delicatis vel languidis, quia vigilia & dolor quę ab iis cõcitantur sunt illis infestissima, accedit quod corpora eorum sint mitius tractanda. Qui-

Quibus autem veſicantia conueniunt, applicanda ſunt duobus vel tribus digitis infra tumorem peſtilentialem, dū diuertere magis cupimus, verbi gratia ſi in collo, paulo ab eo inferius, ſi in ala, in parte interna humeri, quod ſi tumor incipiat euaneſcere ſitq; tenax & craſſus, non abs re erit, tumori ipſo hæc medicamenta applicare, præſertim ſi euacuationi humorum incumbamus, ſecus eſt ſi omnino craſſi ac frigidi eſſent (quod de bubonibus dictū ſcias.) quo tempore ſi morbus inducias ſpectandi præbuerit attenuantibus & concoquentibus vtemur, de quibus iam locuti ſumus.

AN CONVENIAT VSVS THERIACÆ TEMPORE PESTIS.

Cap. XIIII.

THeriacam ſummam habere efficaciam reſiſtendi venenis peſtiferisq́; morbis nō ſolum Galeni,ſed cōmunis præſtantiſſimorum medicorum opinio eſt.

Pauci vero illius curationis & præſeruationis vſum commendantes reperiuntur præter citatū autorem,qui quibus ætatibus ac morbis, quoue tempore & qua menſura conueniat explicent: quæ tamen ſcitu neceſſaria ſunt niſi cum ſummo diſcrimine tam bonę valetudinis quam ipſius vitæ accipientiū, temere quis mederi

deri velit, empiricorũ more qui neglecta naturarum ratione, vt verbis Galeni vtar, vnumquenq; sine artificio curãt, turpiter quædam ex somniis, quędam vero ab ipsa fortuna ad ipsam artem medicamenta capere se pronunciantes. Nos itaq; vt tã nobile medicamentum decenter & cum ratione adhibeamus, omnia exacte qua possumus breuitate hoc loco exponemus. *lib. de ther ad Pisonẽ.*

Sanis atque ægrotantibus hoc genus medicamenti conuenire, (positis certis conditionibus, de quibus mox mentionẽ faciemus) versibus ipsius Andromachi eius autoris adducimur, qui de theriaca scribens sic cecinit.

Sola potest eadem multis accepta diebus
Tollere de læso pectore puris onus.

Nec

Neu te dira lues, neu lædat noxius aër,
Hanc cape, cum primo est sole reuecta dies.

Ipse etiam Galenus lib. de ther. ad Pisonem illius vtilitatem describens, hanc nostram opinionẽ probat, cum eam igni comparat, inquiens, simili ratione theriacẽ, ceu ipsa quoque ignis quidã purgatorius existat, præsumentes in pestifero aëris statu, neutiquam malo corripi sinere nouimus, correptis iam posse mederi, aëris inspirati malitiam inalterantem, mutantẽq;, vt quæ corporis temperaturã infici magis prohibeat.

Et quamuis Gal. nihil dixisset, ipsa tamen ratio satis demõstrat, quia præcipuus præseruationis & curationis modus in febre pestilentiali consistit in vsu medicamen-

camentorum quæ habeant huic aduersam & contrariam, ac frangendi venenatas qualitates naturam, cum vero nullum medicamentum efficacius ad hæc præstanda reperiatur ipsa theriaca, quis non videat, illam sanis atq; ægrotantibus summo auxilio esse, modo hæc tria vel quatuor obseruemus; primo ipsius vsum in æstate non conuenire, quod Gal. his verbis monet. Porró inspice simul & añi tempus & regionem vbi medicamentum assumes, nã per æstatem neutiquam id capere consuluerim: quippe statu aëris calido, etiam ex antitodo, corpus longe calidius euadens, offenditur, secundo non competere in calidis regionibus & corpo-

ribus

ribus biliosis aut sanguineis vel quæ calido temperamento constant manifeste videbimus legẽdo hoc scriptum autoris, si in calidiore nõnunquam uerseris regione, caue medicamine vtaris, aëris caliditate illic sufficiente, qua de causa etiam hominibus sub primo solis ortu degentibus cum sint calidissimi, & multa inde siccitate præditi, medicamentũ mihi esse videtur incongruũ, tertio nec omni ætati cõceditur, pueris enim om̃ino interdicitur, quia ob maximas vires huius medicamenti, calor illorum dissoluitur, & spiritus innatus consumitur, quemadmodum sane & lucernæ flammam oleum igne copiosius adhibitũ prompte extinguit,

tinguit,& idem probat narrando historiam cuiusdam pueri, qui ex intempestiuo antidoti vsu, interiit, hanc etiam ob causam, ætate florentibus & multo naturali calore præditis neque multum neq; sępe exhibendũ est hoc medicamẽ, ne iis vt puero cõtingat.

Senioribus vero & illis qui iam declinant & plurimum & crebro non ex aqua sed vino (vbi non febricitant.) magis assumi pro fuerit, vt corporis virtus iam emarcescens, & genuinus calor extinctus refocillari, accendiq; ipsius possit beneficio. Hæc Gal.

Ex his omnibus facile colligitur, illis qui frigidioribus & crassis scatent humoribus, dum mor-

bis pestilentibus capiuntur, aut eorum incursus pertimescunt tutó exhiberi, sed tamen ventre ieiuno, ne ipsius actio impediatur, quod supra nominat⁹ autor suadet hoc scripto, medicamentum hoc meo consilio sumes proba fruitus concoctione, nec cibis repletus.

Quantitas vero eadem non est omibus præscribenda, sed ea moderatione qua opus est, cum tam magnis antidotis, sicut theriaca & mithridatio aut similibus aliis vtimur, ne dũ corpus iuuare studemus grauiter lædamus, quod aduertit Galenus, omnia quę de- *5. de simpl. med. facu.* leteriis aduersant, si largius sũpta fuerint, grauiter animantis corpus oblædunt, quam obrem ea mode-

moderatione quantitatis omnes id gen⁹ facultates exhibere oportet, vt neque copia nimia corpus offendant, neque exiguitate ſua á deleteriis vincantur: vnde interdum fabæ ægyptiacæ magnitudinem aut nucis auellanæ ſumendam ſuadet. Noſtri medici in conſtitutione peſtilentiali ſuperiori anno, raró ſolà theriaca uſi ſunt, ſed aliis remediis permixta. 1607.

Poſſem quam plurimas ex Gal. ſcriptis & cõtra varios affect⁹ virtutes huius diuini medicamenti proferre, ſed cũ ad inſtitutũ noſtrum nõ pertineat, & vires ipſius fere omes Andromachi verſibus contineantur, quos ad Neronem Imperatorem ſcripſit, ſubiunctis

autoris carminibus, finem huic capiti imponere placuit.

❧(o)❧

ANDROMACHI SENIORIS, NERONIS ARCHIATRI, ex viperis theriace, cui nomen est galene.

Accipe quas habeat vires, clarissime Cesar
Antidotus multis consociata modis.
Accipe securæ Nero libertatis alumne
Magna salutiferæ robora theriaces.
Dicitur hæc Graiis Hilare, Eudios, atque Galene
Ad portus diros haud medicina leuis.
Nec si mæconis perfrigida pocula succi
Hauseris, insignem vim negat illa suam.
Nulla cicuta potest hãc uincere, nullũ aconitũ:
Nullus frigidior succus hyoscyami.
Feruida nõ thapsus, letalia pharmaca Medæ,
Sanguineumque valent vlcera cantharidũ.
Vipera nigrescens ictu, infestusque cerastes,
Arida seu dipsas non superare potest.
Scorpius aduersum hãc, itidẽ nil promouet aspis.
Quæ in reliquis virus exitiale tenet.

Im-

Improb⁹ ille dryas cõtra hãc occurre re pugna
Non audet, latebris sed manet usq; suis.
Quercinos, nec nõ hæmorrhũ, sãguinis expers
Qui virus fundit, hæc medicina domat.
Non hoc offendunt inimica phalangia potu,
Quæ horrifico vexant sumpta dolore virũ.
Nõ hydrus, aut epichersus aquis, aut cãcer ob-
Sub calido primũ sydere obesse potest. (errãs
Non oberit labiis cherſydrus pestifer atris,
Qui occurrens, animam non sinit esse diu.
Huic fidens Cæsar prato oblectare per æstum;
Nec Libyæ curæ siet arena tibi.
Nulla tibi amphisbæna nocet, siccosq; subin-
Campos, exitiũ nulla rubeta feret. (trans
Quin stomachũ curat medicamẽ cũ æstuat æ-
Assidue vexãs, insuper asthmaticũ. (grũ
Vel cũ vẽtriculus, turbatur flatibus vndã vt
Interius surdam concitet ipse chyli.
Vel cum difficili vertuntur tormine venti
Intestina, colon pulsus vbi exagitat.
Vel cum iam totos confuso felle per artus
Vt proprius nequeat esse colos oculis,
Regius infestat morbus, non vlla ciborum
Cura adsit (quamuis Iuppiter annuerit

Tēpora lōga.) animo ſed triſtes limina vitet
Eius qui medicam polliceatur opem.
Si videas pallore malo candentia membra,
Tollet hydropa ſuis viribus antidotum.
Et fuſcata ſtatim luſtrabit lumina, rebus
His quoq; ſi incipiat, nō vereare phthiſin
Sola etiā tetanum, tēdonū ſpaſma, profundi
Theriace hæc adimet pondus opiſthotoni.
Vel cū ſuccingens coſtas membrana laborat
Pulmones reprimens deſuper ipſa leues.
Vel quando horrificos patitur veſica dolores
Vlceris, illius prædomitusq́; porus
Impedit vrinam, coles & reddere eandem
Appetit, & crebro proruit in venerem.
Cum rerum ſæuit crucians iniuria lumbos:
Hoc poterit potu triſtis abire dolor.
Pectoris & labem ſanioſam pellitat ægri
Multos vſque dies potus hic antidoti.
Peſtiferāq́; luem curat, quæ tempus in omne
Spiratu grauis eſt, intima conficiens.
Atq; canis rabidi virus quod morſibus indit,
Lætus odorata fugeris antidoto.
Hinc tu ſume fabæ pōdus, quā lympha creauit
Ex vmbra, cano & tecta ſimul foliis.

Nempe

Nempe fabæ Nili grauitatis nomine, ternis
Antidoto calidam consocians cyathis.
Sumito, quando capis somnũ, vel luce reuersa,
Vno vel pariter pocula bina die.
Luce bibẽt ipsam quibus est sol tristis, vt inde
Lenimenta mali quod grauat, accipiant.
Nocte, quibus tenebræ gratæ minus ordine verso,
Ante thorũ pulchre sumpta medela facit.
Exitiale animans quos læsit vulnere diro,
Aut cui letalis potio capta fuit.
Apponens Hilares affectis pocula, eodem
Noctu & luce simul fac medeare modo.
Quin & perpetuo spiranti nocte quietem
Præbebis Cæsar, hoc placidam antidoto.

DE RATIONE VICTVS EORVM QVI ACTV LABORANT, Cap. XV.

VICTVS ratio in iis qui actu morbis pestilentibus labo-

 rant

rant negligenda non est, quæ initio tenuissima esse debet, donec cruditas ventriculi castigetur & taliter quidem vsque ad statum morbi si ægrotans eo, tali victu perdurare possit est procedendū, postea paulo crassiore vtendum, hoc tamen obseruato, vt in peste sæpenumero & parum pro vice, cibos offeramus afflictis, quamuis accessiones febrium, aut vehementia symptomatum repugnare videantur, in hac enim febre maximus virium languor, & spirituum dissipatio cōtingit, ex quibus vitæ periculum imminet
3. epid. cō. 3. tex. 58. quod testatum reliquit Gal. dicens, Fortiores ergo qui vim sibi ipsis afferentes, cibū oblatum assumpserunt, omnes feré superstites

tes fuerunt: plurimi vero mori quam comedere quicquam prius duxerunt.

Possunt autem fieri fercula, ex iure, pane, & ouorum vitellis, cũ succo limonum, conceduntur etiã ex borragine, acetosa & pimpinella, cum prunis & cerasis acidis, si fluxus alui aderit laudandus est vsus puluerum cordialium, lapidis bezoar, margaritarum, corallorum, & terræ lemniæ, quæ ad placitum permisceri cibis possunt alias veró quandò nullę alui fluxiones adsunt prohibentur, quia obstructiones augent.

Concedantur præterea lactucæ, hordeacea ptisana, brodium parui pulli, & carnes eius alteratæ cum agresta, limones quoque &

huiusmodi non inconuenienter super ferculis administrátur, medulla panis cũ aqua frigida lota, deinde decocta cum brodio pulli, alterato cum hordeo, lactuca, scariola, portulaca & parũ agresti vel limonũ succi, aut vini granatorum vtiliter administratur: laudatur à doctoribus etiam cucurbita in eodẽ brodio cũ agresta decocta, & parum croci, item pullus assatus, & aues in arborib⁹, pratisq; liberis degentes cũ succo limonum conditi ad propositum faciunt.

Cum etiam vt maiori ex parte fieri solet patiens debilis existat, propter seuissima huius morbi accidentia, virtutem naturalem prosternantia, tunc præter supe-

rius

rius narrata, contusum pullorum in primis vero perdicum sumopere proderit, cui pro arbitrio pulueres prædicti cordiales permisceantur.

Vinum in hac lue omnino est reformidandum, præsertim non cõsuetis, propter calorem & spirituum inflammationem, si tamẽ acidis gaudeat ægrotans nihilq; impediat, potest in aqua poni succus granatorum, medij saporis, ad sitim compescendam, alias suspectus est, granatorum succus & vuæ acerbæ, quia obstructiones ob adstrictionem augere possunt, si tamen fluxus adesset, tunc licebit in potu sicuti etiam in cibo permiscere: possumus etiam hoc in casu candens ferrum vel

vel aurum in aqua extinguere, vel granatorum vinum adhibere.

Interdicatur etiam aqua ſimplex cum ſaccharo, quia cũ dulcia facile bileſcant, maiorem calorem procrearet, nec conueniet ægrotantibus aqua frigida ſimplex, cum vires ſint debiles, & calor naturalis exiguus, imminet enim periculum ne extinguatur omnino. Conſuetis autem concedere interdum poſſumus vinũ tenue & bene limphatum, quẽadmodum Galenum feciſſe nouimus, qui bolum armenum cũ vino tenui exhibebat.

in ſumẽ languidis & in quibus omnino virtus deficere videtur, vtimur deſtillationibus ex carnibus, caponum, pullorum, perdicum

cum &c. cõcisis & contusis cum herbis cardiacis.

QVID TEMPORE PESTIS FACIENDVM, QVO MINUS corpora hac febre corripiantur.

Cap. XVI.

RESTAT vt quo pacto quiuis se á pestilenti morbo annuante diuina gratia præseruare ac munire possit aliqua dicamus.

Cum itaque adest aut iminet pestis (relicta tertia huius morbi causa, quã Theologis relinquamus.) mortalium præseruatio, in duobus potissimum consistit, in resistendo nimirum causis externis

ternis & internis, externæ versātur circa respirationem, contagionem, putredinem & eiusmodi, quæ possunt prauam qualitatem inducere, internæ autem consistunt ex prauo apparatu humorum, aut insigni cacochimia vel multitudine, ac corporum ipsorum mala dispositione & apta ad morbos pestiferos contrahēdos.

Ab externis causis corpora pręseruari queunt multipliciter, inter omnes tamen primū sibi vendicat locum aër, qui si fuerit quacunq; de causa pestifer factus, quam citissime fiat eius mutatio, & si necessum sit ad distātissimas partes fugiatur, quod etiam persuasum reliquit noster Hipp. cū ait Regionem & locos in quibus morbus

lib de nat. hum.

morbus

morbus(pestilens scilicet.) consistit, quantum eius fieri potest, permutare oportet, quod eo citius faciendum erit, quo malum ipsum contagioni magis est obnoxium fugiendũq; vt diximus longius, in eum nimirum locum, vbi aër purissimus existit, nullà enim est alia euitandi aëris pestilentis ratio, cum inuitis etiã nobis hauriendus sit: nec ab eo loco nisi tardissime aëre bene prius repurgato perueniẽdum est domum.

Quod si permutatio locorum variis ob causis fieri non possit, tum prima cura sit vt domus in qua alicui commorandum est, omni fætore careat, & á sordibus spurcitiisq; sit aliena, fenestræ dicbus

ebus nebulosis ac pluuiosis sint clausæ, & quæ nunquam aperiãtur nisi versus orientẽ aut septẽtrionem constitutæ, idqué fiat á sole iam aliquot horis orto, pro vt iam in superioribus ordinauimus, aër insuper omni die ter vel quater rectificandus erit, secũdũ Hipp. exemplum, quẽ Gal. multis modis admirandum laudat, vt qui luem illam ex Æthiopia Græcos inuadentem non aliter curauerit, quam aëris mutatione alterationequé, ne talis amplius inspiraretur. Cum igitur ignem per totam vrbẽ incendi iussisset, non simplicem lignorum materiam, verum serta floresq; suauissimos alimentum ipsius esse consuluit, vnguentaq; pinguissima & ado-

odorifera ipsis superfundi, vt aërem purum hoc modo redditũ, homines in mali subsidium respirarent. Corrigetur autem vitiatus aër ne tantum lædat his vel similibus.

℞ baccarum iuniperi, vnc. j.
myrrhæ, drach, iij.
thuris,
masticħes, ã. drach. ij.
radicum caryophyllatæ, dra. j.
rutæ, vnc. s.
corticum cupressi, drach. j. s.
radicis angelicæ satiuæ,
lauendulæ, ã. drach. ij.

tritis omnibus fiat puluis, qui viuis carbonibus inspergatur: proderit etiam pastillos ex simplicibus bene olentibus formare hũc in modum.

℞ corticum malorũ, cõmunium,
cort. cydoniorum,
cort. citri, ã. vnc. j.
ſantalorum omnium,
roſarum rubearum, ã. vnc. j.
pulueris myrtyllorum,
foliorum myrthi, ã. vnc. s.
maceris,
ladani, ã. vnc. j. s.
nucis cupreſſæ ſiccæ, vnc. ij.

tundantur omnia, & fiat puluis, qui excipiatur aqua ex floribus narranciorum, vel myrti, & hoc aut ſimili paſtillo, ſuper prunas impoſito, bonus odor concilietᷣ.

Poſſumus præterea ſuffumigare domum ex puluere maſtiches, nucis moſchatę, ſtiracis, laudani, & coſti; pro ditioris fortunæ viris adde ambram & moſchum : pauperes

peres vero qui his ſumptibus ſatis facere nequeunt, parent pulueres roriſmarini, lauendulæ, ireos, lauri, quibus in aqua cũ aceto permixtis, eadem efficere valebunt, poſſunt inſuper ſuccendere ignem é lignis quercinis, iuniperinis, tamaricis aut ſimilibus aliis ad aëris correctionem facientibus.

In domo ſuſpendantur panni lintei madefacti in aquis roſarũ, ſaluiæ, roriſmarini, cũ aceto, quibus permiſceatur parum pulueris ſantalorum, camphoræ, & caryophyllorum: qui ſi exiccati fuerint, denuó aliquo inſtrumento irorari debent. Raro præterea & non niſi cælo ſereno, in publicum prodeundum, neq; id etiam

nisi prius sumpta antidoto; quæ à contagione pręseruare valeat, vt satis abunde breui dicemus.

Pestis insuper tēpore sub terranea loca & humilia sunt fugiēda, commendatur exercitium mediocre, ne ex nimio motu corpus incalescat aut fatigetur, vigilia etiam somno magis probatur, quia hic virtutes animales concitat & dissoluit, & naturalem corporis calorem corrumpit.

Internarum causarum prouidentiam obseruabis, si humorū copiam, cum scilicet quantitatē debitam excedūt, euacuabis, vel si humoris huius aut alterius corruptionem sustuleris ac emendaueris, cuius occasione debilia fieri solent corpora. cōtingit quandoq;

doq; humores optime se habere & tamen intra corpus vigere obstructiones, quo in casu facillimo negotio malignam putredinem recipere poterunt, cui malo facile occurres si ab obstructionibus corpora vendicaueris: expediet igitur iis, præseruationis gratia sanguinem mittere, quibus adest plenitudo humorum quæ venas distendat grauetq; vires, mittatur vero liberalius vel parcius, pro vt magis vel minus vires & reliqua videbuntur expostulare.

Victus ratio optime obseruetur, vtendum enim cibis facilis concoctionis & bonum sanguinem procreantibus, ac putrefactioni minime obnoxiis, cuiusmodi erunt hæc, nimirum caro

hedina, vitulina, arietina, leporina, & capreolorum, caro pullorum, caponum, gallinarum, perdicum, phasianorum, coturnicū, & auicularum paruarum: pisces qui in partibus stagnosis & & paludosis paruisq; riuulis capiunt, fugiendi sunt, quia prauam sortiuntur naturā, sed qui in magnis fluuiis, aquis dulcibus & lapidosis degunt, salubriores censentur, quales erunt mulli, percæ, lupi, auratæ, passeres, barbuli, trutæ, cochleæ, ostreæ, & cancri: hic obiter notandum venit, autores nonullos, lampretas pestis tempore frequenter comestas, in nata vi cōtra tam diram luem summe efficaces esse, in suis perhibere libris.

Ex

Ex oleribus concedatur lactuca, lupulus, malua, portulaca.

Fructibus demum omnibus abstinendum præsertim dulcioribus, quemadmodum & lacticiniis ac humidis alimentis, quibus facile putredinem comparamus, de acidioribus autem secus est intelligendū, præsertim si fuerint limones, mala citria, arantia, punica & iis similia, quibus vti expediet: in summa varietas ciborum in quantum fieri potest vitetur, seruetur tamē consuetudo in victu, dummodo non sit valde perniciosa quia omnis mutatio repentina nocet; panis sit ex optimo tritico, non ex recenti neque ex corrupto, cui parum anisi & salis permisceatur, id vero

fiat tempore hyemis, æſtate autē relinquatur hæc permixtio.

Potus ſit vinum tenue & aquoſum, vel pro pauperibus aqua fōtana pura, in qua, parum zedoariæ, aut raſuræ cornu ceruini uſti coquatur.

Plura qui volet de ſingulis ſeorſim cognoſcere, conſulat Galeni libros, de alimen. facul. & de cibis boni & mali ſucci. nunc ſequenti capite dicemus de antidotis, quæ per os ſumuntur præſeruationis cauſa quibus aliqua adiiciemus quæ extrinſecus applicantur.

DE ANTIDOTIS PRÆSERVATIVIS, ET IIS QVÆ EXtrinsecus præcautionis gratia applicantur.

Cap. XVII.

CIRCA præseruationem febris pestilentialis varia medicamenta simplicia & composita quæ per os sumuntur parari solent, quæq; ex sua natura huic febri opitulantur, qualia inter simplicia erunt hæc sequentia. Radix scorzoneræ, vel ipsius succus, semē pomi citri, radices vtriusq; cruciatæ, Zedoaria cōmansa vel in potu sumpta, Zedoaria condita, confectio seminis angelicæ, vel radicū pimpinellæ, thus quoq; in ore seruatum valide à pestis

infectione tutatur, commendatur etiam ab omnibus bolus armenus cum aceto vel aqua rosata & vino sumptus, referunt etiam autores contra eandem febrem valere, flores quatuor cordiales, tormentillam, acetosam, grana tinctorum, terram lemniam, terram sigillatam schlesiacam, terram sigillatam comunem, camphoram, sandalos omnes, cornu ceruinum, margaritas, succum acetosæ, limonum, arantiorum, lapidē bezoar, coriandrum, vincetoxicum, rutam, saluiam, cyperū, aristolochiam, gentianam, lignū aloës, myrrham.

Ex his simplicibus & aliis huius generis medicamentis, possunt composita varia parari, inter

quæ

quæ maximas habent vires quæ
sequuntur.
℞cinnamomi electi,
Zedoariæ, ã. drach.j.
boli armeni præparati, dra. iij.
camphoræ, gr. vij.
seminis citri excoriati,
acetosæ,,
corticis citri, ã. drach. j. s.
radicis dictami,
tormentillæ,
pimpinellæ, drach. s.
rasuræ eboris,
ossis de corde cerui, drach. j.
auri & argenti præparati, ã.
scrup. s.
saphiri,
rubini,
smaragdi,
granatæ, ã. scrup. j.

redi-

redigantur omnia in puluerem,
cui adde conseruæ rosarum,
acetosæ,
buglossæ, ā. drach. ij
sacchari albi libram. j. dissoluti in aqua buglossæ, & endiuiæ, misce fiat electuarium, cuius dosis est vnc. s. propinetur singulis diebus cum vino granatorum, vel succo limonum: in eundem vsum valebit & hoc-

℞ conseruæ rosarum,
violarum,
buglossæ,
nenupharis, ā. vnc. s.
cōfectionis alchermes, dra. v.
radic. angelicæ, drach. ij.
zedoariæ, scrup. ij.
electuarij de ouo, dra. j. s.
theriacę andromachi scru. iiij.
syrupi

ſyrupi de limonibus, q. ſ. miſce, vtatur quotidie ſemel vel bis. traduntur etiam talia compoſita ad hunc effectum proficua, vt

℞ foliorum auri,
margaritarum, ā. dra. s.
ambræ griſeæ, ſcrup. s.
theriacæ optimæ, drach. j.
gentianæ, vnc. j.
centaurij.
vincetoxici, ā. vnc. j. s.

terantur vltima tria, & macerentur in vino albo ſex diebus cum prædictis, tandem adde ſucci de limonibus, de arantiis, ā. vnc. iij. m. & igne lento deſtilla, pro vt artis eſt, doſis ſit cochleare vnū cum ſurgis é lectulo, præſeruat potenter à peſte. Solent item præſtantiſſimi medici, accipere nuces

nuces virides, & partes illarum internas excauant, intus vero vt cum cæpa alba vel allio fieri solet theriaca implent, & in balneo Mariæ distillant, quod certe non videtur esse vulgare remedium, ad huius morbi præcautionem, præsertim in delicatioribus: mul-tũ insuper præstant tabellæ confectæ ex pulueribus electuarij de gemmis, scordei, torm ẽtillę, terræ lemniæ, ac lapide bezoar, quæ ad placitum cũ ambra & moscho sufficientiq; quantitate sacchari possunt componi, vel accipiatur hæc aqua destillata, quæ nõ modo pesti verum omĩb⁹ quasi morbis venenatis resistit.

℞ gentianæ, m. v.
centaurij, m. x.

trita & quinque diebus in vino albo bono macerata, destillato, mane & vesperi pota ad vnc. j. vel vnc. ij. validissima est.

Sequenti antidoto vtebatur Rex Nicomedes vt fertur, si quãdo suspectos habuisset qui eum inuitarant; nam si nullum subsit venenũ, quieta manet, sin adsit; nauseam concitat, & vomere cogit, ita vt venenum quoque cum antidoto eiiciatur, descriptio hęc est.

℞ baccarum iuniperi, dra. ij.

terræ lemniæ veræ dra, ij. s.

redigantur in puluerem, & melle excipiantur, seruentur ad vsum in vase mundo, dabis ex aqua mulsa vnc. iij. quantum est avellana, reddet sumentem tutum à peste & venenis.

Vene-

Venenati quoque aëris contagia discutiunt nuces basilicæ seu iuglandes,quod verum esse indicat synthesis illa mithridatica, quæ diatesseron dici potest.

℞ nuces binas, ficus totidem, rutæ folia, xx. & salis com. gr̄. j. hæc si quis ieiunus sumpserit, à venenis & mòrbis contagiosis eo die futurus est immunis. Præseruationis gratia multum quoq; laudatur vinū camphoratū quod sic fiet si drach. j. camphoræ superfundes mensuram vini.

Exterius tandem præcautionis ergo quasi infinita à doctoribus recensentur,de quibus nonnulla tantū,selectiora tamē proferam. Agricola eruditissimus medicus asserit, si auripigmentum super

regionem

regionem præcordiorum pendeat, im̃unem à contagione pestilentiæ reddere. Alij medici vtũtur hac pasta.

℞ arsenici crystallini, dra. ij.
dictami, dra. j.
fraxinellæ,
croci, ã. drach. ij.
camphoræ,
euphorbij, ã. dra. j.

redigantur omnia in puluerem, & cum aqua rosacea gummata q. s. fiat pasta, quæ ex serico, collo pendeat, vel.

℞ arsenici crystallini, dra. ij.
auripigmenti rubei,
argenti viui, ã. dra. j.

misce calore leni cum sulphuris dra. iij. s. cum frigidũ fuerit vngatur oleo iuniperorũ & succini,

hæc mixtura diuidatur ad placitum, quæ inuoluta ſerico, circa præcordia pendeat, eſt amuletũ contra peſtem præſentiſſimum.

Accipitur etiam arſenici albi cryſtallini, vnc. j. rubei vnc. s. fiuntq; ex his placentæ cum albo oui vel mucilagine tragacanthi. Nos præterito anno vſi ſumus argento viuo auellana in cluſo, & foramine cera hiſpanica bene obturato. Ad idem præſtabit ſequens ſacculus.

℞ ſaphyri,
ſmaragdi,
hyacinthi,
rubini,
coralli albi,
rubei, ã. dra. j.
croci, ſcrup. j.

mar-

margaritarum, dra. ß.
arſenici albi, drach. ij.
radicis iridis ſiccæ adoratæ, vnc. ß.
auripigmenti, dra. iij.

terantur omnia in puluerem ſubtiliſſimum qui pro arbitrio diuidatur, fiatqué ex parte ſacculus è ſindone qui cordis regioni apponatur.

Multorum etiam experimento compertum eſt, ſaphirum ad arteriam ligatum, febrilem ardorem mitigare, & é regione cordis geſtatum à peſtilenti contagione & venenis tutum reddere geſtãtem.

Erunt quoque ex vſu oĩa medicamenta naribus grata & cordi amica, cuiusmodi erunt, hæ pilæ

odoratæ, quas domi & in publicum prodeuntes, secum circumferant.

℞ ladani, dra. iiſ.
ſtyracis calam. dra. ij.
cninamomi electi,
maceris,
caryophyllorum,
nucis moſchatæ, ã. dra. j.
ligni aloës, ſcrup. j.
ſpicæ, ſcrup. s.
Myrrhæ,
Maſtichis,
Thuris. ã. dra. s.
moſchi,
ambræ griſeæ, ã. gr. vj.

trita & cribrata cum tragacantho & ſtillatitio maioranæ liquore madefiant & excipiantur, fiatque pila odorata, quæ geſtetur tempore

pore hyemis, in æſtate vero talis componatur.

℞ ladani, vnc. s.
ſtiracis calam. dra. iij.
florum nympheæ,
roſarum,
violarum, ã. dra. j.
corticum mali citrij, dra. j. s.
ſantalorum omnium, ã. dra. s.
maceris,
cinnamomi, ã. ſcrup. j.
maſtichis, dra. j.
papaueris albi,
camphoræ, ã. ſcrup. s.
ambræ,
moſchi, ã. gr. iij.

terantur omnia, excipiantur tragacantho & ſtillatitio roſarum liquore, fiat pila, alij hanc pro hyeme laudant compoſitionem

redigantur omnia in puluerem,
cui adde conseruæ rosarum,
acetosæ,
buglossæ,ā. drach. ij
sacchari albi libram. j. dissoluti
in aqua buglossæ, & endiuiæ,
misce fiat electuarium, cuius dosis
est vnc. s. propinetur singulis
diebus cum vino granatorum,
vel succo limonum: in eundem
vsum valebit & hoc-

℞ conseruæ rosarum,
violarum,
buglossæ,
nenupharis,ā. vnc. s.
cōfectionis alchermes, dra. v.
radic. angelicæ, drach. ij.
zedoariæ, scrup. ij.
electuarij de ouo, dra. j. s.
theriacę andromachi scru. iiij.
syrupi

ſyrupi de limonibus, q. ſ. miſce, vtatur quotidie ſemel vel bis. traduntur etiam talia compoſita ad hunc effectum proficua, vt

℞ foliorum auri,
margaritarum, ã. dra. s.
ambræ griſeæ, ſcrup. s.
theriacæ optimæ, drach. j.
gentianæ, vnc. j.
centaurij.
vincetoxici, ã. vnc. j. s.

terantur vltima tria, & macerentur in vino albo ſex diebus cum prædictis, tandem adde ſucci de limonibus, de arantiis, ã. vnc. iij. m. & igne lento deſtilla, pro vt artis eſt, doſis ſit cochleare vnũ cum ſurgis é lectulo, præſeruat potenter à peſte. Solent item præſtantiſſimi medici, accipere

nuces virides, & partes illarum internas excauant, intus vero vt cum cæpa alba vel allio fieri solet theriaca implent, & in balneo Mariæ distillant, quod certe non videtur esse vulgare remedium, ad huius morbi præcautionem, præsertim in delicatioribus: multũ insuper præstant tabellæ confectæ ex pulueribus electuarij de gemmis, scordei, tormẽtillę, terræ lemniæ, ac lapide bezoar, quæ ad placitum cũ ambra & moscho sufficientiq; quantitate sacchari possunt componi, vel accipiatur hæc aqua destillata, quæ nõ modo pesti verum omĩb⁹ quasi morbis venenatis resistit.

℞ gentianæ, m. v.
centaurij, m. x.

trita

trita & quinque diebus in vino albo bono macerata, destillato, mane & vesperi pota ad vnc. j. vel vnc. ij. validissima est.

Sequenti antidoto vtebatur Rex Nicomedes vt fertur, si quãdo suspectos habuisset qui eum inuitarant, nam si nullum subsit venenũ, quieta manet, sin adsit, nauseam concitat, & vomere cogit, ita vt venenum quoque cum antidoto eiiciatur, descriptio hęc est.

℞ baccarum iuniperi, dra. ij.
terræ lemniæ veræ dra, ij. s.
redigantur in puluerem, & melle excipiantur, seruentur ad vsum in vase mundo, dabis ex aqua mulsa vnc. iij. quantum est avellana, reddet sumentem tutum à peste & venenis.

Vene-

Venenati quoque aeris contagia discutiunt nuces basilicæ seu iuglandes, quod verum esse indicat synthesis illa mithridatica, quæ diatesseron dici potest.

℞ nuces binas, ficus totidem, rutæ folia, xx. & salis com. gr. j. hæc si quis ieiunus sumpserit, à venenis & morbis contagiosis eo die futurus est immunis. Præseruationis gratia multum quoq; laudatur vinũ camphoratũ quod sic fiet si drach. j. camphoræ superfundes mensuram vini.

Exterius tandem præcautionis ergo quasi infinita à doctoribus recensentur, de quibus nonnulla tantũ, selectiora tamẽ proferam. Agricola eruditissimus medicus asserit, si auripigmentum super

regionem

regionem præcordiorum pendeat, im̄unem à contagione pestilentiæ reddere. Alij medici vtūtur hac pasta.

℞ arsenici crystallini, dra. ij.
dictami, dra. j.
fraxinellæ,
croci, ā. drach. ij.
camphoræ,
euphorbij, ā. dra. j.

redigantur omnia in puluerem, & cum aqua rosacea gummata q. s. fiat pasta, quæ ex serico, collo pendeat, vel.

℞ arsenici crystallini, dra. ij.
auripigmenti rubei,
argenti viui, ā. dra. j.

misce calore leni cum sulphuris dra. iij. s. cum frigidū fuerit vngatur oleo iuniperorū & succini,

hæc mixtura diuidatur ad placitum, quæ inuoluta ſerico, circa præcordia pendeat, eſt amuletũ contra peſtem præſentiſſimum.

Accipitur etiam arſenici albi cryſtallini, vnc. j. rubei vnc. ſ. fiuntq; ex his placentæ cum albo oui vel mucilagine tragacanthi. Nos præterito anno vſi ſumus argento viuo auellana in cluſo, & foramine cera hiſpanica bene obturato. Ad idem præſtabit ſequens ſacculus.

℞ ſaphyri,
ſmaragdi,
hyacinthi,
rubini,
coralli albi,
rubei, ā. dra. j.
croci, ſcrup. j.

mar-

margaritarum, dra. s.
arſenici albi, drach. ij.
radicis iridis ſiccæ adoratæ, vnc. s.
auripigmenti, dra. iij.

terantur omnia in puluerem ſubtiliſſimum qui pro arbitrio diuidatur, fiatqué ex parte ſacculus è ſindone qui cordis regioni apponatur.

Multorum etiam experimento compertum eſt, ſaphirum ad arteriam ligatum, febrilem ardorem mitigare, & é regione cordis geſtatum à peſtilenti contagione & venenis tutum reddere geſtãtem.

Erunt quoque ex vſu om̃ia medicamenta naribus grata & cordi amica, cuiusmodi erunt, hæ pilæ

pore hyemis, in æſtate vero talis componatur.

℞ ladani, vnc. s.
ſtiracis calam. dra. iij.
florum nympheæ,
roſarum,
violarum, ã. dra. j.
corticum mali citrij, dra. j. s.
ſantalorum om̃ium, ã. dra. s.
maceris,
cinnamomi, ã. ſcrup. j.
maſtichis, dra. j.
papaueris albi,
camphoræ, ã. ſcrup. s.
ambræ,
moſchi, ã. gr̃. iij.

terantur omnia, excipiantur tragacantho & ſtillatitio roſarum liquore, fiat pila, alij hanc pro hyeme laudant compoſitionem

℞ rosarum rubearum, vnc. ij.
radicum ireos,
radicum cyperi ana, vnc. s.
radicum angelicæ, dra. v.
foliorum lauri,
rorismarini, ã, dra. vj.
baccarum lauri, drach. iij.
cariophyllorum,
ligni aloës,
nucis moschatæ, ã. vnc. s.
vnionum, vnc. j.
styracis calam,
ladani, ã. vnc. j.
moschi in aqua rosarum dissoluti gr. xij.
ambræ griseæ, scrup. ij.
cum gummi tragacanthi in aqua rosarum dissoluti, q. s. m. fiant pilæ, odoriferæ.

DE

DE HIS QVÆ TEMPORE PESTIS SPECTANT AD gubernationem Reipublicæ. Cap. XVIII.

TEMPORE quo hæc lues grassatur, parum prodesse possunt, quæcunque hactenus narrauimus nisi sit suma prouidentia alicui⁹ principis, aut illorū quib⁹ aliqua respublica comendata est, quæ nō solū in aëris correctione (sine quo viuere nō possumus) cōsistit, verū in aliis quoque reb⁹, ad vitæ humanæ cōseruationem pertinentibus: vt itaq; rembuqlicā magistratus saluam conseruet, malum vero de facto illam infestans depellat, sequentia obseruet necessarium est.

Primo

I. Primo infectionis tempore constituantur qui vrbis portas vigilantissima cura custodiant, nullumq; intromittant qui suspicione non careat.

II. Inrerdicantur conuentus & congregationes ne forsan hac lue correptus, halitu suo alios quoq; inficiat.

III. Choreas magistratus publico edicto vetare debet, experientia enim satis docuit, multos ob crebram aëris pestilentis inspirationem dũ choreas agerent mortuos fuisse.

IIII. Balnea (publica præsertim.) minime cõcedantur, veluti præsentissima venena, quod nimirũ apertis horũ calore corporis meatibus, aër pestilens promptissimé

mé ſeſe in profunda corporis recipiat.

V. Prohibeantur omnia alimẽtorum genera, quæ facile putredinem comparant & praui ſunt ſucci, nec admittantur quæ in ſuis poroſitatibus vapores peſtilentes cõtinere poſſunt, qualia ſunt quæ ex lana goſſipo & ſimilibus fiunt.

VI. Xenodochium ſit extra vrbẽ poſitum, & tribus vel quatuor partibus diuiſum, quarum vnam inhabitent, qui absq; dubio peſte ſunt infecti. Altera vero illius pars deſeruiat conualeſcentibus & iis, qui à morbo liberi euaſerunt, in tertia contineantur qui in ſuſpicionem huius luis inciderunt, nec tamen febricitant, aut

alia ſigna cõplura, morbũ ſignificantia in illis apparent. Vltimã partem poſſideant, ægrotantium miniſtri, quæ ad placitum, pro vt multitudo aut varietas miniſtrãtium exigere videt̃, in varias partes diuidi poterit.

VII. Omni die rectificetur ad minimũ bis vitiatus aër in omĩbus quatuor xenedochii partib⁹.

VIII. Lintea & reliqua quæ ex vlceribus tumorum peſtilentiũ extrahuntur à chirurgicis, iterum poni non debent, nec pro forib⁹ deiici, ſed vel comburenda, vel ſepelienda ſunt, ob maxima incõmoda quæ inde ſequi poſſunt.

IX. Item excrementa & quæ ex vlceribus infectorũ manant fluuialibus aquis mandentur.

X. Veſti-

X. Vestimenta contagiosorum quam primum fieri potest in loco destinato comburantur, vel si fieri nequeat igne suffumigiisq; optime corrigentur.

XI. Qui à morbo liberi euaserunt, in vrbem non redeant, quousq; quadraginta vel triginta dies transierint & vestimenta mutauerint, domusq; prius bene repurgata fuerit.

XII. Viæ & plateæ sint bene expurgatæ, ne aliquibus spurcitiis pro foribus eiectis, canes, sues aut cætera animalia inficiantur, & labem illam domibus asportent.

XIII. Tempore quo lues hæc finem facere videtur, summa diligentia procuretur, vt suppellex hominũ contagiosorũ vel mor-

tuorum

tuorum ante duos menses ab amicis vel hæredibus nō reseruet, quæ prius abluatur cum lixiuio ex herbis odo iferis, aëriq; exponatur, vel igne excitato purificetur.

XIV. Accendatur ignis ex rebus odoriferis in plateis per diuersas vrbis partes, vt aëre expurgato incolæ minus inficiantur, quēadmodum & Hippocratem fecisse legimus cum ex Athiopia ad græcos pestis perueniret, pro vt supra memorauimus.

DE PRÆPARATIONE HYRVDINVM ET BOLI ARMENI vna cum descriptione aquæ bezoarticæ, D. Zangmeister.

Cap. XIX.

ET si Galenus hyrudines, sanguine

guine alẽdas & purgandas dicat, vt omne virulentum quod in se continent hoc pacto exprimat, tamen infra scriptus præparandi modus ob facilitatem suam magis placet.

ponas igitur hyrudines in aquã puram cui admisceas parum sacchari vigenti quatuor horas, quibus elapsis, effusa prima aqua, aliam super infundes, idq́; sexies vel septies faciendum, Alij reponunt illas in vase vitreo cum aqua scabiosæ destillata sic enim non tantum virulentiam remittunt verum etiam carni facile adhærescunt.

BOLI ARMENI PRÆPARATIO TALIS EST.

ACcipe boli armeni quãtum volueris

volueris maceretur in aqua fontana, & vbi lutũ consederit augeatur aquæ quantitas & agitetur, tribus deinde vel quatuor horis transactis, effundatur aqua, & sumat quod in superiore parte est, nam quæ ad imum resederunt, arenosa & lapidosa sunt, postquã vero pars purior exiccata fuerit, subtilissime terat, & in vase mundo cum aqua oxalidis misceatur addendo aquæ sextam partẽ vini albi, ita vt bolum supereemineant duos digitos liquores, agitetur parum & relinquatur postea donec puluis fundum petierit, tunc liquores paulatim extrahantur, bolus vel terra deinde exsiccetur, debet autem hæc ablutio septies vel octies fieri, seruetur vsui.

Aquæ bezoarticæ deſcriptio hæc eſt.

Accipe radicum bardanæ recentis, vincetoxici, corticum med: rad: fraxini, ana libras duas, omnibus minutiſſime conciſis macerentur in ſufficienti quantitate vini albi odoriferi & aceti rutacei, horis vigenti quatuor, poſtea omnia ſimul deſtillentur in balneo, vt ſint liquorum ana menſuræ quinque, addēdo camphoræ drach. j. poſt deſtillationem adde olei ſulphuris per campanā deſtillati, ad ſingulas libras egreſſi drach. j. ſeruetur ad vſum, hanc aquam adinuenit Doctiſſimus Zangmaiſterus Gallorum regis aulicus medicus, qui innumeros à lue peſtifera hac aqua liberauit.

Sequun-

SEQVVNTVR NONNVLla medicaměta præſeruatiua, & liberantia contra peſtilentium morborũ incurſus: Ex variis hinc inde auctoribus collecta, qui illorum experientiã fecerunt.

Cap. XX.

I.

VERONICA vino macerata, ac deſtillata, remedium eſt efficaciſſimum, ad quasuis peſtilentiales febres, binis vnciis cum modica theriaca potum, quo facto ſtragulis probé ſe operire & quieſcere oportet, tum enim per ſudores venenum expelletur, & à corde arcebitur. Ad eadem valet herba in vino decocta. Hier. Tragus. Veronicam quidam ſummis laudibus efferunt ad peſtiferas febres

febres. Matthiolus. Puluis veronicæ ex vino vel cereuisia potus certissimũ alexipharmacum est: Brunsuicensis. aquæ huius vncia mané pota, item odorata comodissimũ præseruatiuum est, prodest etiam caput & manus ea abluere. Idem. Recentiores huius vsum vnicé commendant in febribus pestilentialibus leon, Fuxius.

Si in succum limonij mittatur numisma puri & obryzi auri, vel eius loco bractea, soliumue auri consimilis, & exacto die naturali illinc educatur, ac peste laboranti succus ille præbeatur, cum tantillo vini albi, & puluere radicis angelicę, vel ex decocto ipsiusmet radicis, mirum dictu, quantum II.

præsidij adferat etiam deploratis & conclamatis. Ant: Mizaldus.

III. Plantaginis vim egregiam pleriq;, sunt experti in lue pestilentiali, in qua sæpè tam insigne de se hoc simplex specimen præbuit, quibuscũq; administraretur modis, quantũ non aliud vllũ. Ioan. A m. Agricola, de rad. plantag.

IV. Ostrea viua pestiferos bubones loco transferunt, & virus omne ad se trahunt, sunt. a. agglutinanda brachio, qua exillaris decurrit, siquidem bubo in alis est, si veró inguina obsidentur, lineamẽtis femoris, quod vena cruris describit. Hollerius.

V. Nux vomica officinarum, qua vtimur ad interficiendos canes deradendo, & miscendo larido huius-

huiusmodi nux, quamuis vomica appelletur, tamen metella est arabum, hæc exhiberi solet in peste. Ego non expertus sum, quia cognita mihi est vis huius medicaměti post pestem, retulere mihi hoc plurimi nobilissimi germani fide digni, qui bubonũ cicatrices indicabant: propinãt a. hanc cum ouo contritam. Hoc scio, quod nõ interficit homines, licet canes enecet, & ego expert⁹ sum pisis, tantum mentem perturbauit, & bis dedi: rhododendron interficit anseres plurimos, & tamẽ facit contra venena, Gab. Fallopius.

VI. Sal cum fermento, melle, butyro, et suillo adipe, quoscunque tumores, etiã grassante peste ob-

ortos, potenter aperit, ac perrũpit, Arnoldus de Villanoua.

VII. Si chalcanthum (vitriolum & coppa rosa vulgo dictũ) in aqua rosarum dissoluatur, & rursus iteratis tribus vel quatuor vicibus cogatur, deturq; oboli pondere obsesso à peste vomitum concitabit, qui contagionem ac morbum soluet, Ant. Mizaldus, hoc tempore non modó chalcanthũ ipsum quidam potui exhibent in pestilentia: sed etiã eius oleum, quod chymistæ vitreis organis magna igniũ vi ab ipso chalchãto eliciunt, nullo sanê incommodo, sed magno iuuamento. Pet. And, Matthiolus.

VIII. Hyoscyamus pestiferis bubonibus admotus, illos fertur disperdere

ſperdere, vel vt quibusdam placet diſpergere, & ſi quis ante illorum emerſum plantam eam ſecũ habuerit, nuſquam à bubonibus corripietur. Mizaldus, ex vetuſtiſſimo ſecretorum libro, habet.

Celebratur antidotum in morbis peſtilentibus, non in idoneũ, canonici cuiusdam Lotharingi, cuius deſcriptio ſic ſe habet. ℞. ſpecierum lætitiæ Galeni, terræ ſigillatę, ã. drach. j. boli armeni præparati vnc. s. theriacæ andromach, vnc. iij. conſeruę roſarum, borraginis, bugloſſæ, ã. vnc. j. ſyrupi violarum, q. ſ. f. electuariũ. victus hic, qui in peſte conuenit. Ioañes Vviet⁹. IX.

Vulnera à venenatis animalibus illata, ſi candente ferro vran- X.

 tur,

tur, calore eius virus insumitur, res ea in pestiferis bubonib⁹ multis salutaris fuit, sed atrox nimis ac saeuum est id remedij genus: quod tamen multi suo summo bono sustinuerunt & experti sunt. Mizaldus.

XI. Magni faciunt chamædrin Hedrusci, Quod (vt affirmant ij, qui rem hanc experimento comprobarũt) in acetario ieiunis cõmesta, pestilentiam arcet, nõ minus, quàm scordium, Pet. And. Matthiolus.

XII. Galbanum emolitum, & ex lineo panno anthraci pestifero coextensum & appositum, si curabilis est, adeo illi adhærebit, vt reuelli non possit, nisi radicitus eũ extirpet. si veró incurabilis erit,

ne

ne tantillumquidem adhærescit. Arnoldus de Villanoua.

Leo Pont: Max: habebat medicamentum, quod pro succurẽdo venenis & vermibus venenosis in pueris optimum est, cuius descriptio hæc est ℞ olei antiqui centum annorum lib V. (hoc deficiente, vtimur oleo multum cocto, quia per coctionem acquirit acredinem & subtilitatem partium) terebintinæ optimæ vnc. vj. euphorbij, castorei á. dra. j. lũbricorũ præparatorum in vino maluatico (dicunt præparati quando sunt bis vel ter loti in vino) m ij. hæc simul misce & ponantur in vase vitreo & bulliant in balneo Mariæ per quatuor aut quinq; horas, postea coletur ista XIII.

 materia,

materia, in illaq; imponātur scorpiones nr̄o 100 quod medicamentum debet fieri mense Iulij, quia tunc scorpiones sunt magis venenosi, quo facto; imponantur viperę numero tres, incisę ad minimas partes, quarum ponitur sanguis, cauda & tota vipera, his factis, ponatur hoc medicamentum in balneo Mariæ per quinq; horas, deinde apponimus ad solem per decem dies continuos: demum addimus zedoariæ, tormentillæ, gentianæ, dictami albi, aristolochiæ longæ nostratis (dato quod non sit, vera aristolochia) quod est aristolochia tenuis Democriti & Gal. rhabarbari, ā. vnc. j. florū altheæ, pforatę, florū ebuli, rorismarini, ā. m. j. theri-

theriacæ communis, mithridaticæ compositionis, ā. vnc. j. m. optimé in vase vitreo, & terenda optimé terantur, tunc id vas optimé clausum, ponitur in fimo equino calido, & in isto cooperitur: Et debet eo fimo permanere per spatium trium mensium, vt omnia bené fermententur, demũ extrahitur, & sacco colatur, & id, quod exprimitur, in vase stañeo vel vitreo seruatur: quod medicamentum frigidum imponitur, & primó ad pulsatiles partes, & ad partes cordi vicinas, & ad spinam dorsi, & debet corpus inungi ter, spatio sex horarum: experiamini hoc medicamentũ in aliquo animali, cui sit exhibitum aliquod medicamẽtum ve-

nenoſum, quod ſeruandũ vt ſuperius dictum eſt, conuenit etiã maximé in vermibus venenoſis, vt ſupra dictum eſt, hoc medicamento vtebatur etiam ſuper bubone, debemus primó buboni apponere ventoſam, vt attrahat materiam propin quam venenoſam ad partem, demúm inungere oportet bubonem prædicto medicamento, Gab. Fallopius. Hoc oleum Crato, Piſtorius, Andreas Gallus, Geſnerus cum aliis celebrarunt.

XIIII. Sapphirus verus aqua frigida intinctus & oculo circumduct⁹, ſordes ex illo ſecũ excludit. Adhæc anthraces, vt alibi diximus, fugat, & loco dimouet. Falſumqué eſt omnino, quod ex pulſo & extin-

extincto vno anthrace, vna etiam virtutem omnem cũ colore perdat saphirus. Nam vidi vnũ inquit albertus, qui quatuor annorum interiecto spacio duos antraces expulerat. Ant. Mizaldus.

Claro præsidio potio salutaris sæpé experta, nec vana unquam inuenta, habet, pulueris cordialis drach ij ramenti cornu ceruini, drach. j. seminis sancti (ita vulgus vocat) myrrhæ singulorum sesqui drachmam, ex aceto quam acerrimo ad ignem protinus, cum inguina tentantur, bibitur, in promptu enim esse debet remedium, sudore enim prorumpente, vndiq; virus elicitur, atq; ita iuxta ignẽ calefactis linteolis membra fœdo sudore extergen- XV.

tergenda, mutandáq; ſudariola ſunt, donec ſudoris, graueolentia, inter fricationes ſubſiſtat, miro. n. præſidio, vt Georgius Valla Placent. ætate noſtra doctiſſimus nobis affirmauit, à peſtilentia tentatos liberat, neminemq; qui eam oportuné potionem ieiunus biberit, ab hac violentia opprimi conſtat manifeſto, ac vulgato experimento, Alex. Benedictus. Hac ipſa antidoto doctiſſimus medicus Euricius Cordus vnica die in ſaxonia octo ægros potionarat, ex quibus ſeptẽ euaſerunt, octauus, a. qui ſerius ſumpſerat, mortuus eſt. Detinebantur xeró om̃es febre ephemera britannica, ſudore anglico vulgo dicto, ad quam, cum primis effi-

efficacem antidotum hanc, libello proprio, germanicé aduersus britannicam pestem conscripto, deprehendit & celebrat. XVI.

Si volueris scire, an debeat liberari, qui pestilenti anthrace corripitur, exhibe ei paululum selectæ theriacæ cum vino albo, si nō febricitet: eademq; theriaca anthracem inunge, si illico aduritur & fixa manet, nihil hinc subleuato ægrotãte, pessimũ erit signum, si contra, & leuamen sentit optimum. Arnoldus de Villa noua.

Polemonij succus, multos peste correptos liberauit, Ant. Musa. XVII.

Radix Zedoariæ non cassa, euanida & inodora, cum vuis passis & momento glycyrrhicæ, dē- XIIX.

tibus

tibus attrita & deglutita, illæsos seruat, qui peste affectos adire vel alloqui coguntur. Mizaldus.

XIX. Si duo aut tria oua in scutella confringas & ad lectum peste laborantis apponas, videbis venenum ab ouis attrahi, & ægrotum liberari.

XX. Nonnulla excogitaui ex priscorũ monumẽtis desumpta, quod ad læthalem haustum spiritum, probé facerẽt: hacq; ratione ñiumeros pestilenti rabie correptos, Dei summo beneficio in pristinam valetudinẽ restitui. quæ ex iis constant, quæ haberi recentia non adulterata, quæq; in nostro orbe proueniant, nobisq; & forma & viribus probé sint cognita, non placent tám longé petita me-

medicamenta, cum meliora interdum iis, quæ ab externo orbe petuntur cænet olitor, itaq; medicamentum ad hunc cóstat modum, accipe rubi: armeniæ (cui⁹ loco nostratem ex monte propé Arelatam, quæ optima est, coloreq;, viribus, & forma Armeniacæ probé respondet) vnc. j. ciñamomi vnc. s. radicũ pentaphylli & herbæ tunicæ, tormentillæ, ã. vnc. s. gentianæ dra. iij. radicis aristolochię vtriusq; ã dra. ij. radicis ireos dra. ij. corticis citri mali, dra. iij. radicis helenij dra. ij. seminũ citri, napi, oxalidis, ã. dra. ij. baccarum iuniperi dra. ij. caryophyllorum, maceris, nucis myristicę, Zedoarię, Zingiberis ã. dra. ij. libanotidis, saluiæ, rutæ, beto-

nicæ,

nicæ, chamæpithys ā. dra. j. baccarū lauri, croci, masticхes, olibani, ramentorū eboris, margaritarum albarū sandalorū omium ā. dra. j. rosarum rubearum, florum violarum, nymphea, buglossi, ā. vnc. s. teratur omia secundū artē, & ex melle electissimo, & vino odoratissimo, misceant, vel in puluerē seruentur ad vsum, cuius sumitur quātitas dra. ij. vel dra. iij. ex vino hyeme, æstate ex aqua ros: & syrupo ex citriis confecto.

Hæc quæ vtiliora probauimus ad vsus mortalium, conferre non piguit. siquidē, vt ait ille, DEVS est iuuare mortales, quib9 iuuandis omem curā, studium & operam ponere, probi omes viri virtutis amantes, debent.

FINIS.

INDEX

INDEX EORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A.

B.

Dige-

D.

E.

F.

Mine-

Quid

Q.

R.

S.